Digitized by Google

Ital. 434 hb 8° San Giovani

Digitized by Google

# MEMORIE STORICHE

DI

# DRONERO

E DELLA

# VALLE DI MAIRA

PER

GIUSEPPE MANUEL DI S. GIOVANNI

MEMBRO DELLA REGIA DEPUTAZIONE SOPRA GLI STUDI
DI STORIA PATRIA

## PARTE TERZA
### CARTARIO

TORINO, 1868
TIPOGRAFIA SUBALPINA DI MARINO E GANTIN
Via Alfieri, 24.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PARTE TERZA

## CARTARIO

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

## N° I.

*Enrico di Busca e Amedeo di Brosasco co' suoi nipoti fanno vendita al marchese Manfredo delle rive del fiume Maira presso al castello di Villa.*

1163, 28 *maggio.*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo tertio quinto calendas iunii indictione undecima. Cartam venditionis fecerunt henricus de Busca et Amedeus de Brosasco et nepotes ejus pro decem lib. bonorum denariorum in manibus domini Manfredi marchionis nominative de ripis de fluvio macre qui currit juxta castrum de villa a cellario alberti folie usque ad pontem Ex utraque parte aque ut faciat ipse et heredes sui in predictis ripis quicquid voluerint sine omni nostra et heredum nostrorum contradictione Et quidem spondimus atque promittimus nos ab omni homine defensare. Qui si defendere non potuerimus aut si vobis subtrahere temptaverimus Rem in duplum in consimili loco vobis restituere promittimus. Actum est apud salucias

Testes anselmus de Custeolis Robaldus raymundus henricus bonefacius Arnaldus Drocroza Simbaldus Vilielmus.

Ego Jacobus Jacobi sacri pallatii notarius hanc ff

*Da copia del secolo* XVI *nei R. Archivi generali di Stato di Torino. Marchesato di Saluzzo. Categ.* 4ª, *mazzo* 9, *fol.* 156.

Digitized by Google

## N° II.

*Sentenza arbitramentale pronunciata da Uberto conte di Biandrate fra il marchese Bonifacio di Monferrato quale tutore del marchese Tommaso di Saluzzo ed il marchese Enrico di Busca relativamente al castello e terra di Brossasco, a quelle di Dragonero, Montemale ed alla valle di Maira.*

1247, 18 *aprile.*

Anno dni mill°. ducentesimo . XL.VII . indic . V . die veneris . XII$^{a}$ . exeuntis apprilis. Cum super commutacione Castri brozaschi et ipsius villa et juris realis sive personalis quod dnus henricus marchio de buscha habebat vel videbatur habere in Draconerio valle.mayrana.Montemalo.Barona et amurra superius versus Draconerium et eorum posse pariter et districtu. inter dnum henricum ex una parte et dnum Bonefacium marchionem montisferrati nomine hospicii salucearum cuius tutelam gerebat questio verteretur ex alia Idem dnus Bonefacius marchio montisferrati nomine hospicii salucearum et nomine sui et Idem dnus henricus de busca unus alteri sub stipulacione et obligacione omnium bonorum suorum et sub pena quingentarum marcarum argenti . arbitrio . disposicioni et ordinacioni dni Uberti comitis de blandrato stare in premissis ad invicem promiserunt . omni excepcione et contradiccione remotis. Ita quod pena solucta parti servanti ratum persistat et firmum quicquid super premissis et in premissis per dictum dominum Ubertum arbitratum . dispositum vel ordinatum fuerit. Qui deliberacione perhabita super premissis et in premissis taliter dixit . ordinavit et pronunciavit . tamquam arbitor sive amicabilis compositor . quod dnus henricus marchio de busca castrum brozaschi et eius villam cum omni suo iure et posse et usufructu . in concambium universalis iuris sive specialis quod amurra superius versus draconerium et in loco draconerii Vallemayrana . montemalo . Barona et eorum posse habebat sive possidebat vel videbatur habere habeat . absolvendo unus alteri fidelitates que ipsis in omnibus premissis locis debebantur Ea quidem condicione et tenore quod predictum castrum brozaschi et eius villam a festo sancti michaellis pro-

ximi . usque ad annum nomine guardie et depositi teneat . a predicto vero termino in antea predictum castrum brozaschi et ejus villam cum omni suo iure et posse et usufructu nomine recti et gentilis feudi et paterni habeat . teneat et possideat a Thoma marchione Salucearum. Si vero infra dictum terminum per maliciam sive fraudem omnium hominum vel partis draconerii vel vallismayrane dictum locum draconerii admitti contigerit. Tunc dictus dnus Bonefacius marchio montisferrati dno henrico de busca det atque solvat quadrigentas et . L . libras refforciatorum . pro predicto brozascho . eodem retento cum omni usufructu pro expensis ab ipso dno henrico usque ad plenam predicte pecunie soluccionem . qua solucta ad hospicium salucearum . dictum castrum brozaschi reddeat expeditum . facta cessione a dno Bonefacio marchione montisferrati versus dictum dnum henricum de omni iure et accione quod vel quam in draconerio . vallemayrana et locis predictis quoquomodo competebat vel competere posset . et redditis instrumentis inde factis. Item quod omnes obsides quos de predictis locis habuerit dictus marchio montisferrati dno reddat henrico vel ad ipsius libitum omni dolo et fraude remotis bona faciat custodire . et quod non faciat pacem . treguam . nec guerram recredutam . pro premissis donec idem dnus henricus dicta loca cum omnibus suis appendentiis integraliter recuperaverit . vel dictum castrum brozaschi ipsi dno henrico in feudum donaverit atque tradiderit. Quibuscumque vero aliis modis quocumque modo evenerint sive ante predictum terminum sancti Michaellis . sive post . predicta loca admitti contigerit . dictus dnus henricus sepedictum castrum brozaschi et eius villam integraliter teneat atque possideat in nobile feudum et paternum a Thoma marchione Salucearum. Item quod nominibus premissis idem dnus Bonefacius marchio montisferrati nomine sui in premissis et pro premissis sit guaritor principalis pariter et defensor. Item quod unus alteri pro predictis attendendis et complendis det commune Salucearum . pro sponsore sive defensore . et quod dnus Bonefacius marchio montisferrati faciat hec omnia predicta . laudari et confirmari per dominam Beatricem comitissam salucearum pariter et tutricem cum religione juramenti . et illud idem a dno Thoma eius filio marchione Salucearum fieri faciat antequam ab ipsius tutela se exhoneret . cum ad legitimam pervenerit etatem. Insuper guaritores et defensores det quoscumque de hospicio salucearum . dictus dnus henricus petierit bona fide. procurans dnum Amedeum comitem Sabaudie pro premissis dare pro sponsore et defensore. Item dictus dnus Ubertus

Digitized by Google

comes de blandrate in se retinuit artandi terminum prefatum sancti michaellis ut sibi videbitur expedire. Hec autem omnia et singula sub pena predicta et obligacione omnium honorum suorum unus alteri omni excepcione et contradicione remotis. tactis sacrosanctis evangeliis attendere et observare perhempniter promiserunt. Exinde vero placuit dictis partibus quod duo vel plura eiusdem tenoris fierent publica instrumenta. Actum fuit hoc Carmagnolie in curte Ovonis sichi. Testes ibi fuerunt rogati et convocati dnus Obertus abbas fructuariensis dnus Robaudus de drua . Wilielmus de Varzolio . Jacobus de costelloliis Curradus eius frater . Rodulphus de bonoioano . henricus de guxono, Et ego oggerius desinio notarius . his interfui . et rogatus . hanc Cartam ad opus hospicii salucearum scripsi.

*Dalla pergamena originale negli Archivi generali di Stato in Torino (Marchesato di Saluzzo, Categ.* 9, *mazzo* 1, *n.* 6.)

## N° III.

*Tommaso Marchese di Saluzzo conferma agli uomini della Valle Superiore di Maira le buone usanze e consuetudini di cui godevano sotto i marchesi di Busca Guglielmo ed Enrico, ed erano già state loro riconosciute da Tommaso conte di Savoia quale tutore dello stesso Marchese.*

1264, 20 *febbraio.* 1254, 26 *luglio.*

Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto indictione septima die Mercurii, vigesima mensis Februarii Salutiis sub domo Odonis Corvii in presentia Domini Amedei Blebani Salutiarum, Domini Adam Iudicis, Domini Rodulphi de Bonovicino, Domini Conradi de Costiglioliis et Manfredi Rogerii testium D. Thomas Marchio Salutiarum per se suosque haeredes promisit stipulantibus Joanne Boiamundo Girardo Conte et Pontio Jordano, Petro Eimario et Eliono recipientibus eorum nomine et nomine

Digitized by Google

et vice omnium hominum de hominibus Vallis Mairanae ratasque firmas habere et tenere universas consuetudines et bonos mores quos vel quas dicti homines Mairanae habeant vel habere debeant seu habere vel tenere consueverant antiquitus per se et suos antecessores, tam tempore domini Gulielmi Marchionis Buschae quondam, quam aliorum dominorum olim, et ita accepta fidelitate et sacramento fidelitatis a praedictis hominibus eorum nomine et recipientibus nomine et vice omnium hominum Mairanae tam nobilium feudatorum quam aliorum bonorum hominum subditorum et eos investivit cum baculo quod in manu tenebat de praedictis hominibus insuper, praecepit mihi Notario infrascripto ut probationes quas dicti homines Mairanae producere voluerint de eorum bonis moribus et consuetudinibus per idoneos testes, vel per instrumenta quondam facta reciperem et in instrumento apponerem ut in eis: Ego infrascriptus Notarius sequutus fui praeceptum D. Marchionis et recepi probationes eorum sicut inferius continetur in primis recepi quodam instrumentum a Melchione Notario factum tenor cuius talis est: Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto indictione duodecima die Lune quinta exeunte Julio actum in Draconerio in Ecclesia Beati Pontii in praesentia Petri Barloti, D. Hugonis Berardi, D. Gulielmi Luyci et Girardi Isoardi testium D. Thomas Comes Sabaudiae tutor D. Thomae Marchionis Salutiarum vice et nomine ipsius D. Thomae Marchionis promisit omnibus hominibus tam dominis feudatariis, quam aliis hominibus stare et tenere eos in eisdem bonis moribus in quibus erant consueti stare cum Domino Gulielmo Marchione Buschae quondam et cum D. Henrico filio eius post eum stare pacificus cum ipsis cum redditibus, quos faciebant eidem D. Gulielmo Marchioni de Buscha quondam, qui redditus sunt solidi sexaginta de banno homicidii, et quinquaginta casei de apporto, et tractum de urso et Bucho stagno (*sic*), et revocatio causarum et pretiorum, et tertiam partem nidi Astoris, et pro predictis caseis debent homines de Mairana ire, redire, stare et pascere securi sine datione pedagii et pascherii per totam terram D. Marchionis Salutiarum.

Item producere testes infrascriptos, scilicet Joannes Boneti de Pratio, Petrus Renda de Elva, Iordanus Mauteutus de Stroppo, Raymundus Beamondus de Marmore, Petrus Bauduinus de Lotulo qui omnes eorum Sacramento interrogati coram Domino Antonio de Romagnano Potestate Draconerii et Mairanae testificantur et dicunt, quod semper sunt homines Mairanae consueti habere

et tenere costumas et usantias infrascriptas, in primis, quod non teneantur dare pedagium curariam vel pascherium per totam terram D. Marchionis.

Item quod quando Potestas eligi debet semper debent esse quinque homines Mairanae de Ripo Breissino superius cum aliis quinque Draconerii et Sancti Damiani et Paglierii

Item quod Potestas Draconerii et Mairanae debet venire in Macranam ad recipiendum sacramentum fidelitatum

Item quod Potestas teneatur colligere vel colligi facere infra suum tempus omnia sua banna quae offensa fuerunt tempore suo et postea non, praeter banna de homicidiis incendiis et guastis et furtis et robariis, stareque semper debeant ad voluntatem D. Marchionis.

Item quod homines Mairanae a Ripo Breixino superius non debeant cogi a Potestate facere justitiam alibi nisi in eorum Villis coram Consulibus eorum exceptis de quatuor bannis scilicet de homicidio, incendio, gasto et furto pro quibus debent venire coram Potestate Draconerii

Item quod non tenentur ire in exercitum vel cavalcatam inferius, vel ultra Draconerium, nisi ad locum Draconerii tantum ad deffendendum et custodiendum dictum locum.

Item quod Potestas teneatur venire in Macranam de quatuor in quatuor mensibus ad faciendam justitiam et requirendum banna suo tempore offensa, et si minus benedictum fuerit in hoc instrumento posset meliorari toties quoties opus esset consilio unius vel plurium sapientum, et ego Jacobus Palonus Notarius hanc cartam quam Joannes Baot nunc quondam abbreviaverat prout in abbreviamentis dicti Joannis quondam inveni auctoritate mihi concessa ab Illustrissimo viro D. Manfredo Marchione Salutiarum nihil addens vel minuens quod mutaret substantiam veritatis in forma publici instrumenti redegi et sic scripsi.

*Estratto dal volume stampato intitolato* Capitula et ordinamenta Vallis Mairanae a Ripo Breixino supra, *pag.* 69.

Digitized by Google

## N° IV.

*Gaufredo Vescovo di Torino concede a Raynaldo prete della Chiesa di S. Giacomo di Paglieres nella Valle della Maira le decime di detto luogo mediante retribuzione della quarta parte delle medesime.*

1267, 10 *gennaio.*

de decima de periis desuper dragonerium

Anno dominice nativitatis millesimo CCLXVII indictione X in saluciis die martis X mensis januarii presentibus testibus inferius nominatis venerabilis pater et dominus Gaufredus permissione divina taurinensis episcopus dedit et concessit domino raynaldo presbitero ecclesie sancti jacobi de periis nomine ipsius ecclesie decimam omnium novalium finium sitarum in parochia ipsius ecclesie ubicumque sint et ipsum investivit dicto nomine de predictis decimis cum quadam carta quam in sua manu tenebat retinendo in se quartam partem predictorum fructuum ed decimarum tali modo quod dictus raynaldus nomine dicte ecclesie et successores sui predictas decimas habeant teneant et possideant et fructus percipiant. colligant exigant et petant a qualibet persona et sub quolibet judice tam ecclesiastico quam civili ut faciant quicquid inde facere voluerint sine omni ipsius domini episcopi suorumque successorum contradicione salva predicta quarta parte quam ipsi domino episcopo et successoribus suis dare solvere et reddere omni anno sub restitucione dampnorum . . . . . et expensarum consequenda et bonorum omnium dicte ecclesie pignori obligatione.

Interfuerunt testes rogati dominus bertolinus p . . . . . canonicus taurinensis et dominus giraudus presbiter pontis

Et ego bertonus de condonico notarius dicti domini episcopi interfui et ipsius mandato inde plura instrumenta sic scripsi

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol.* 1, *f.* 7.

Digitized by Google

## N° V.

*Gaufredo Vescovo di Torino concede al Bruneto figlio del Giacomo Candia per anni XL la terza parte delle decime di Surzana mediante l'annuo canone di dieci soldi astesi.*

1267, 11 *gennaio.*

de fito decime sorzane apud dragonerium que fuit concessa bruno candie

Anno dominice nativitatis millesimo CCLXVII indictione X in saluciis die mercuri XI mensis januarii presentibus testibus inferius nominatis dominus Gaufredus permissione divina taurinensis episcopus nomine episcopatus taurinensis dedit et concessit bruneto candie filio jacobi candie usque ad XL annos proximos et completos ad fictum sibi et successoribus suis omni anno reddendum in festo sancti martini X solidorum bonorum astensium minutorum terciam partem fructuum decime de surzana quam quondam tenebat bergognetus boverius filius quondam petri bergogneti tali modo quod predictus brunetus et heredes sui terciam partem predictorum fructuum dicte decime habeant teneant et recipiant et quicquid in ea facere voluerit faciat usque ad predictum terminum sine omni ipsius domini episcopi suorumque successorum contradictione salvo predicto ficto quod pro stipulatione ipsi domino episcopo et successoribus suis omni anno in dicto termino ut supradictum est dare et solvere promisit sub restitutione dampnorum . . . . . et expensarum consequenda et omnium bonorum suorum pignori obligatione et ipse dominus episcopus per se suosque successores predictam terciam partem dictorum fructuum ipsi bruneto et heredibus suis ab omni homine cum ratione defendere et guarire promisit sub restitutione dampni . . . . et expense consequenda et omnium bonorum dicti episcopatus pignori obligatione constituendo ipsum brunetum procuratorem ut in rem suam ita quod ipse possit inde agere experiri se tueri convenire appellare

Digitized by Google

respondere et predictus fructus percipere exigere et recipere a qualibet persona et sub quolibet judice tam ecclesiastico quam civili sicut idem dominus episcopus melius facere posset si personaliter presens esset promitens se ratum et firmum omni tempore habiturum quicquid per ipsum brunetum inde factum fuerit ac eciam procuratum . Eo tamen salvo quod ipse brunetus nec heredes sui predictos fructus non possint vendere alienare vel pignori obligare sine ipsius domini episcopi vel successorum suorum licencia et mandato Renunciantes dicte partes omni.... ecclesie et . . . . . et omni legum auxilio tam ecclesiastico quam civili et omni iuri et rationi pro quo vel qua contra predicta venire possent modo aliquo vel aliqua ratione

Interfuerunt testes rogati dominus otto de roxana dominus nicholaus capellanus domini episcopi et henricus galicia de dragonerio

Et ego bertonus de condonico notarius dicti domini episcopi interfui et ipsius mandato inde duo instrumenta sic scripsi

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol.* 1, *f.* 3.

## N° VI.

*Gaufredo Vescovo di Torino concede al Giacomo Gribaudi di Montemale per sè e quale procuratore delli Facio, Robaldo e Guglielmo Martini di Dragonero per 25 anni la metà delle decime di Ripoli e di Durcogno le quali li medesimi già tenevano in comune colla Chiesa di S. Andrea mediante retribuzione della metà a favore della Mensa vescovile.*

1270, 28 *ottobre.*

in posse dragonerii
de decima quam tenet villelmus martinus de dragonerio et ejus consortes

Anno dominice nativitatis millesimo CCLXX indicione XIII in taurino videlicet in palatio domini episcopi die martis XXVIII mensis octobris presentibus testibus inferius nominatis

Digitized by Google

noverint universi presentem paginam inspecturi quod venerabilis pater et dominus Gaufredus dei gratia episcopus taurinensis inspecta utilitate ecclesie taurinensis quodque jacobus gribaudi de montemalo et alii quorum procurator est silicet facius martinus robaldus martinus et Wilielmus ejus frater omnes de dragonerio pro se et suos eidem ecclesie possunt existere fructuosi concessit eidem jacobo gribaldo nomine suo et predictorum facii martini robaldi martini et Wilielmi ejus fratris quorum procurator est ut patet per instrumentum inde factum per manum andree tavani notarii eodem anno et indicione die sabbati XXV mensis octobris proventus decimarum quae ipse jacobus et supradicti facius robaldus et Wilielmus tenent et tenere consueverunt in posse dragonerii videlicet medietatem decime de durcogno et medietatem decime de ripolis quas tenent comunis pro indivisso cum ecclesia sancti andree silicet vini bladi canebi agnorum omniumque decimationum que ad mensam episcopalem spectant in locis predictis et in dragonerio ratione predictorum locorum tenendas et percipiendas vice et nomine ecclesie supradicte usque ad XXV annos proximos et completos per se suosque heredes reddendo eidem domino episcopo et successoribus suis in dragonerio annuatim decimationem agnorum in festo pentecostes aliarum vero rerum silicet bladi et vini ceterarumque rerum de quibus decimas percipient in festo omnium sanctorum medietatem ita videlicet quod omnes proventus dictarum decimationum fideliter collecti et congregati ponantur in dragonerio ubi placebit predicto domino episcopo aut ejus procuratori vel vicario et hoc modo collecti et congregati dividantur inter ipsos dominum episcopum et dictos jacobum gribaudum facium martinum robaldum martinum et Wilielmum ejus fratrem equis porcionibus ita videlicet quod dominus episcopus habeat medietatem et supradicti aliam medietatem deductis prius pro expensis factis occaxione dictorum proventuum colligendorum et conservandorum decimam partem et undecimam ipsorum proventuum exceptis agnis hoc acto expresse inter ipsos quod dicti jacobus facius robaldus et Wilielmus proventuum decimationem predictam in totum vel in parte aliqua quam diu tenebunt perceptionem ipsorum hoc est jus sibi competens in decimis supradictis percipiendis in totum vel in parte aliqua alicui persone non vendant nec locent aut donent vel obligent aut alio quovis modo alienent absque consciencia et consensu predicti domini episcopi vel successorum ipsius et si contrafacerent aut in premissis in prejudicium dicti domini episcopi fraudem aliquam adhiberent a

Digitized by Google

jure suo cadant et ad dictum dominum episcopum vel ejus successores ex tunc predicte decimationes earumque perceptio ipso facto libere revertantur ita quod sua propria autoritate possit eas aprehendere et habere

Interfuerunt testes rogati dominus . . . . . . de montilio canonicus taurinensis dominus ascherius de condonico canonicus cariensis et dominus johannes plebanus cadralii

Et ego bertonus de condonico notarius publicus et scriba dicti domini episcopi interfui et ipsius mandato inde plura instrumenta ejusdem tenoris sic scripsi.

*Dall'Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol.* 1, *f.* 14.

## N° VII.

### *Gaufredo vescovo di Torino concede le decime del luogo di Paglieres al Raynaldo Collareo per 25 anni mediante retribuzione della metà.*

1270, 12 *novembre.*

de decima de periis

Anno dominice nativitatis millesimo CCLXX indictione XIII in taurino videlicet in palatio domini episcopi die mercuri XII mensis novembris presentibus testibus inferius nominatis noverint universi presentem paginam inspecturi quod venerabilis pater et dominus G. dei gratia episcopus taurinensis nomine episcopatus et ecclesie taurinensis concessit raynaldo collareo de peris decimam hoc est proventum decime quam idem raynaldus et antecessores sui tenent et tenere consueverunt in finem et posse ville de peris et que spectant ad mensam episcopalem silicet bladi agnorum omniumque aliarum rerum de quibus decimas percipere consueverunt in loco predicto tenendos et percipiendos vice et nomine episcopatus et ecclesie taurinensis usque ad XXV annos proximos pro se suosque heredes reddendo eidem domino episcopo et successoribus suis in villa predicta de peris annuatim in festo sancti martini vel ante medietatem ipsorum proventuum ita videlicet quod omnis proventus dicte decime seu dictarum decimationum fideliter collecti et con-

Digitized by Google

gregati ponantur in loco predicto ubi placebit predicto domino episcopo aut vicario suo vel procuratori et hoc modo collecti et congregati dividantur inter ipsos dominum episcopum et predictum raynaldum equis porcionibus ita quod ipse dominus episcopus habeat medietatem dictorum proventuum et dictus raynaldus aliam medietatem deductis prius decima parte et undecima de comuni pro colletura et bateura (*sic*) hoc acto expresso inter eos quod dictus raynaldus proventus decime predicte in totum vel in parte aliqua quam diu tenebit perceptionem ipsorum hoc est jus sibi competens in percipiendis decimis supradictis in totum vel in parte alicui persone non vendat aut locet vel donet seu obliget aut alio quovis modo alienet absque consciencia et consensu predicti domini episcopi vel successorum ipsius et si contrafaceret aut in premissis in prejudicium dicti domini episcopi fraudem aliquam adhiberet a jure suo cadat et ad dictum dominum episcopum vel successores suos ex tunc predicte decimationes seu decime earumque perceptio ipso facto libere remaneant ita quod sua propria autoritate possit eas apprehendere et habere remitendo eciam eidem raynaldo de gracia speciali fructus usque nunc perceptos de decima supradicta constituendo insuper eumdem raynaldum suum certum nuncium actorem et procuratorem in exigendis colligendis et percipiendis fructibus decime supradicte tali modo quo ipse raynaldus possit inde agere experiri causari se tueri convenire appellare respondere opponere excipere libellum dare et recipere sententiam audire et replicare predictos fructus exigere colligere petere et percipere a qualibet persona et sub quolibet judice tam ecclesiastico quam civili et omnia alia modis omnibus facere que causarum merita postulant et requirunt et que in predictis et circa predicta forent necessaria facienda . promitendo se ratum et firmum omni tempore habiturum quidquid per ipsum raynaldum in predictis et circa predicta factum fuerit et procuratum ac si ipse presens esset et faceret sub omnium bonorum episcopatus taurinensis pignori obligacione.

Interfuerunt testes rogati dominus ascherius de condonico vicarius dicti domini episcopi johannes riba et frater humilis de ordine fratrum minorum.

Et ego bertonus de condonico notarius interfui publicus et scriba dicti domini episcopi ipsius mandato duo instrumenta eiusdem tenoris sic scripsi.

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol.* 1, *f.* 17.

Digitized by Google

## N° VIII.

*Gaufredo Vescovo di Torino concede la decima del luogo di S. Michele nella Valle della Maira per 25 anni alli Giraudo Raimondo Michele Enrico Rogero Rodolfo e Bernardo de Casteglono mediante retribuzione della metà.*

1270, 12 *novembre.*

de decima sancti michaelis vallis veraytane (mayrane)

Anno dominice nativitatis millesimo CCLXX indictione XIII in taurino videlicet in palatio domini episcopi die mercuri XII mensis novembris presentibus testibus inferius nominatis noverint universi presentem paginam inspecturi quod venerabilis pater et dominus G. dei gracia taurinensis episcopus inspecta utilitate ecclesie taurinensis concessit giraudo de casteglono nomine suo et nomine fratrum suorum raymundi michaelis et henrici et nomine rogeri de casteglono rodulfi ejus fratris et bernardi de casteglono decimas hoc est proventus decimarum quas iidem tenent et tenere consueverunt in fine et posse sancti michaelis vallis mayrane silicit bladi agnorum omniumque aliarum rerum de quibus decimas percipere consueverunt in loco predicto tenendos et percipiendos vice et nomine episcopatus et ecclesie taurinensis usque ad XXV annos proximos per se suosque heredes reddendo eidem domino episcopo et successoribus suis in villa predicta sancti Michaelis annuatim in festo sancti martini vel ante medietatem ipsorum proventuum (*e segue come nella precedente concessione delle decime di Paglieres*)

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol.* 1, *f.* 16.



Digitized by Google

## N° IX.

*Giovanni de Provanis, luogotenente del Lorenzo de Cerveriis Podestà di Dronero e della valle di Maira, manda ai notai Manfredo Iusiane, Antonio de Goxio, Colino Meglino e Giacomo Sola di fare copia autentica della sentenza arbitramentale pronunziata il 12 decembre 1280 dalli Giraudo Candea e Composta fra i comuni di Celle e di Castelmagno per riguardo ai pascoli della valletta di Narbona con inclusione della stessa sentenza e dell'istromento di compromesso dell'11 decembre 1280.*

1367, 13 *luglio*; 1280, 11 *e* 12 *decembre.*

In nomine Christi Amen. Anno nativitatis domini ejusdem milesimo trecentesimo sexagesimo septimo indictione quinta die tertia decima mensis julii. Dragonerii loco juris presentibus Joanne Martino de Busca Joanne stephano de Alma, Ramondo de Cerveriis testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis nobilis vir dominus Joannes de Provanis locumtenens nobilis viri domini Laurentii de Cerveriis Potestatis Dragonerii et vallis Mayrane ad instanciam et requisitionem Nicolai de Castellario consulis communis Cellarum, Gregorii Gerardi et Stephani Janti Consiliariorum comunis ejusdem loci precepit mihi Antonio Cavaloto de Dragonerio notario infrascripto ac publice persone stipulanti quatenus quodam instrumentum originale infrascripti tenoris autenticarem scriptione exemplarem et in formam publici instrumenti redigerem ita quod hic et ubique hoc transcriptum et authenticum vim et robur habeat ac obtineat firmitatem publici instrumenti precepitque dictus dominus locumtenens Manfredo Jusiane, Antonio de Goxio, Colino Meglino et Jacobo Sole notariis infrascriptis ut huic authentico se subscribere debeant

modo et forma debita; cujus instrumenti tenor infrascribitur et denotatur.

Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava die duodecima intrante decembris in Dragonerio in presentia domini Petri Oliverii Jordani Boverii et Stephani Duc de Caudano et Arnaudi Bovetti testium rogatorum et vocatorum; cum lis et controversia seu placitum verteretur inter Bernardum Falchum sindicum et procuratorem comunis et hominum Castrimagni ex una parte et Michaelem Verdinum sindicum et procuratorem communis et hominum Cellarum ex altera occasione valloni Narbone coram domino Giraudo Candea et Composta arbitris et arbitratoribus et amicabilibus compositoribus inter predictas partes et per ipsas partes electis ut constat per instrumentum publicum factum manu mei Joannis Candee notarii in millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava dio undecima intrante decembris predicti domini Giraudus et Composta arbitri et arbitratores inter predictas partes volentes amicabiliter componere inter ipsas partes concorditer et amicabiliter per concordiam dixerunt preceperunt laudaverunt pronuntiaverunt sententiaverunt et arbitrati fuerunt inter predictas partes ipsis sindicis presentibus A pera pertus descendendo versus rivum Narbone et montando per serretum siblatori usque ad setam et per rivum Narbone montando versus facem de la pera et per combam usque ad serrum montando per seam usque ad serrum peoglose homines Castrimagni et homines Cellarum et quilibet ipsorum possint et habeant pasculare cum bestiis uti stare et facere ire et redire per ipsum Vallonum sicut vadunt dicti confines infra ipsas confinas sine contradictione alicujus predicte partis ita quod nullus qui pasculaverit seu iverit vel steterit aut ubifuerit in ipso vallono infra predictos confines non teneatur hic ad aliquod bannum salvo quod infra dicitur super bamno bestiarum damnum dantium in pratis. Item dixerunt pronuntiaverunt sententiaverunt preceperunt et arbitrati fuerunt predicti arbitri et arbitratores et amicabiles compositores inter predictas partes quod tropelum ovium quod pasculaverit in pratis non segatis que infra predictos confines sunt ab octo diebus intrante madio in antea usque ad exitum Augusti solvant pro bamno solidos tres astensis qualibet vice et totidem pro emenda et tantum plus quantum esset damnum ultra bamnum et inde bamnum et emenda solvantur similiter de fenis in pratis secatis. Item dixerunt preceperunt sententiaverunt laudaverunt pronuntiaverunt et arbitrati fuerunt predicti arbitri et arbitratores amicabiles composi-

tores inter predictas quod camparii Cellarum possint et debeant accusare omnes bestias Castrimagni et extraneas quas ipsi invenirent in pratis Cellarum sive ad fenos hominum Cellarum que accusatio fiat in Castromagno ita tamen quod illi de Cellis habeant et habere debeant emendam ipsarum bestiarum que invente erunt in eorum pratis et fenis et quod camparii Castrimagni possint accusare omnes qui invenirent in damnis Castrimagni in Castromagno videlicet in pratis qui sunt in predictis confinibus et quod non possint nec debeant camparii Castrimagni accusare in damnis de Cellis nisi bestias extraneas. Item dixerunt preceperunt laudaverunt sententiaverunt et pronuntiaverunt, arbitrati fuerunt inter predictas partes predicti arbitri arbitratores et amicabiles compositores quod tropellum ovium Cellarum que alparet in dicta terra superius confinata si jaceret ibidem teneantur dare hominibus Castrimagni fructum unius patti (*sic*) et quod homines Castrimagni teneantur capere ipsum ubi essent bestie, et si ipse bestie recedissent in Cellis, quod illi de Castromagno teneantur capere unum caseum ab illis de Cellis de tropello Preterea quod de quolibet tropello ovium quod intraret in dicta terra causa pascandi a santo Michaele in antea usque ad annonum (*sic*) dari debeat et reddi illis de Castromagno denarios duodecim parvorum vel caseus unus valens denarios duodecim parvorum et hoc sit in electione hominum Castrimagni et infra dictum tempus santi Michaelis et annoni (*sic*) solvant dictos denarios duodecim vel caseos quolibet anno et salvo quod si aliquis cum suis bestiis sive tropello ovium discenderet ab inde et exiret de ipsa terra et iret suum fenum comedere non teneatur postea dare illos denarios duodecim nisi sicut essent suis in similliter. Item dixerunt sententiaverunt pronuntiaverunt laudaverunt preceperunt et arbitrati fuerunt predicti arbitri et arbitratores inter partes predictas quod illi de Castromagno habeant et habere debeant medietatem decime agnorum omnium ovium que agnellabunt in dicta terra superius confinata videlicet ex illis que ibidem invenierunt in ebdomada sancta et si aliquis recederet cum suis ovibus in ebdomada sancta et non redderet decimam ut supra quod teneatur illa decima dare et reddere illis de Castromagno ipsa ebdomada sancta sicut consuetum est si etiam denuntiatum fuerit per illos de Cellis illis de Castromagno ipsa ebdomada sancta quod irent ibi recipere decimam et iverint accipere et ipsi de Cellis recederent cum eorum bestiis ad Cellas quod ipsi de Castromagno debeant ire ad Cellas capere illas decimas et quod illi de Cellis teneantur portare seu portari facere caseos . . . . . . . valentes

Digitized by Google

denarios duodecim parvorum pro quolibet in Castromagno vel ipsos denarios duodecim parvorum et dare illis de Castromagno et quod illi de Cellis teneantur et debeantur restituere montonos Berardi Farchi ipsi Berardo et pretium bechi per illos de Cellis venditi. Insuper predicti arbitri arbitratores et amicales compositores inter predictas partes concorditer et amicabiliter et per concordiam dixerunt preceperunt laudaverunt sententiaverunt pronuntiaverunt et arbitrati fuerunt predictis partibus presentibus in omnibus et per omnia ut superius contenetur et quod omnia et singula supradicta per utramque partem attendi et observari debeant sub pena et in pena in compromisso apposita salvis in omnibus juribus et rationibus domini marchionis Saluciarum.

Et ego Joannes Candea notarius hanc cartam scripsi et tradidi inter partes.

Et ego Antonius Cavalotti de Dragonerio notarius publicus dictum autenticum ab originali sumptum una cum infrascriptis Manfredo, Antonio, Colino et Jacobo notariis examinavi et quia illud cum originali concordare inveni me subscripsi et illud fideliter exemplavi scripsi et in formam publicam redegi et signum meum apposui consuetum in testimonium veritatis.

Et ego Manfredus Jusiana imperiali auctoritate notarius publicus predictum autenticum ab originale una cum dictis Antonio notario et infrascriptis Antonio, Jacobo et Colino notariis fideliter et diligenter vidi legi et ascultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

Et ego Jacobinus Sola de Dragonerio notarius publicus predictum autenticum ad originale una cum supradictis Antonio et Manfredo notariis et infrascriptis Antonio et Collino notariis fideliter et dilligenter viddi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui. Et ego Collinus Meglinus de Busca qui habitat in Dragonerio notarius publicus imperiali auctoritate predictum autenticum ad originale una cum supradictis Antonio Manfredo et Jacobo notariis et infrascripto Antonio notario fideliter et dilligenter viddi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

Et ego Antonius de Goxio de Dragonerio notarius publicus imperiali auctoritate predictum autenticum ad originale una cum supradictis Antonio Manfredo Jacobo et Collino notariis fideliter et dilligenter vidi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

Digitized by Google

In nomine Christi amen Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo indictione quinta et die decima tertia mensis julii Dragonerii loco juris presentibus Joanne Martino de Busca Joanne Stefano de Alma et Raimondo de Cerveriis . . . . . qui dicitur don (*sic*) testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis nobilis vir dominus Joannes de Provanis locumtenens nobilis viri domini Laurentii de Cerveriis potestatis Dragonerii et vallis Mayrane ad instanciam et requisitionem Nicolai de Castellariis Consulis communis Cellarum Georgii Gerardi et stephani Janti consiliariorum communis et universitatis ejusdem loci precepit mihi Antonio Cavalotto de Dragonerio notario infrascripto et publice persone stipulanti quatenus quoddam instrumentum originale infrascripti tenoris autenticarem scriberem exemplarem et in formam publici instrumenti redigerem ita quod hic et ubique hoc transcriptum et autenticum vim et robur habeat et obtineat firmitatem publici instrumenti precepitque dominus locumtenens predictis Manfredo Iusiane notario, Antonio de Goxio, Colino Meglino et Jacobo Sola notariis infrascriptis ut huic autentico se subscribere debeant modo et forma debita; cujus instrumenti tenor infrascribitur et denotatur.

Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo indictione octava die decima prima intrante decembris in Dragonerio in presentia gulielmi Pate et Martini Olliverii filii domine Joanne et Gulielmi Tersacii de Bergesio testium rogatorum et vocatorum Michaelus Verdinus de Cellis Bernardus Farco sindicus et procurator comunis et hominum Castrimagni ut constat per instrumentum publicum factum per Vilielmum Bergogne notarium in millesimo ducentesimo sexagesimo . . *vacat in originali* . . pro se et suo nomine et nomine et vice comunis et universitatis et hominum Castrimagni et pro ipso comuni et hominibus dicti loci et ex una parte et Michaelus verdinus sindicus et procurator comunis et hominum de Cellis ut constat per instrumentum publicum factum manu predicti Villielmi Bergogne notarii in millesimo ducentesimo septuagesimo octavo indictione sexta die vigesima intrante Martio pro se et suo nomine et nomine et vice comunis universitatis et hominum Cellarum et pro ipso communi et hominibus dicti loci ex altera compromiserunt sese sine aliqua . . . . in Giraudum Candeam in composta tamquam in arbitros et in arbitratores et amicabiles compositores inter predictas partes et per ipsas partes concorditer electos de omni litte et discordia controversia et placito sive de omnibus et singulis discordiis controversiis placitis et litibus que et quas habent ipse partes seu habere

sperant ad invicem seu moveri possent inter predictas partes occasione vallonis Narbone quem Vallonum dicebant ipse partes quelibet pars suum esse et in ejus fine esse ita et tali modo quod dicti arbitri arbitratores et compositores amicabiles inter predictas partes possint dicere sententiare precipere laudare pronunciare et arbitrari inter predictas partes ad eorum voluntatem die feriato et non feriato partibus citatis et non citatis partibus presentibus et non presentibus absentibus una presente et altera absente sedendo et non sedendo servato juris ordine et non servato Qui sindici et procuratores nomine quo supra promisserunt predictis arbitris stipulantibus pro se et eorum nomine et nomine domini marchionis pro sua parte pene et interesse vicisse stipulantes stare in dicto laudamento sententiamento pronuntiamento et arbitramento predictorum arbitrorum et attendere et observare et firma et rata habere et tenere omnia ea et singula que dicti arbitri arbitratores et amicabiles compositores inter predictas partes dixerint preceperint sententiaverint pronuntiaverint et arbitrati fuerint nec in aliquo tempore contravenire sub pena et in pena librarum decem astensium in quolibet capitulo et dupli damni et expensarum inde factarum ita quod utraque cum effectu peti et exigi possit ita quod pena committatur pro tertia parte domino marchioni et pro alia tertia parte arbitris et pro alia tertia parte parti observanti et totiens committatur pena quotiens contra predicta seu aliquod predictorum factum fuerit et pena soluta vel non omnia et singula supradicta firma et rata permaneant et omnibus et singulis supradictis firmandis et attendendis predicti sindici et procuratores nomine quo supra obligaverunt pignori predicti arbitri sibi ad invicem stipulantibus omnia eorum et communis et hominum quorum sunt sindici et Procuratores bona mobilia et immobilia presentia et futura fidejusserunt in omnem causam et obligaverunt predictis Bernardo sindico et procuratori communis et hominum Castrimagni veniam Bernardus et predicto Michaele sindico et Procuratori Communis et hominum Cellarum don ani (*sic*) Abellus apud prefatos arbitros et partes predictas stipulaturi submissa qui renuntiaverunt omni juri et auxiliis legum et ecclesiastico et civili et omni juris auxilio nove constitutioni et fidejussorio sibi in aliquo modo per hoc aiuvanti obligando inde dictis arbitris nomine quo supra omnia eorum bona pignori mobilia et immobilia presentia et futura obligaverunt.

Et ego Joannes Candea notarius hanc cartam scripsi et tradidi.

Et ego Antonius Cavalotti de Dragonerio notarius publicus

Digitized by Google

dictum autenticum ab originali sumptum una cum infrascriptis Manfredo Antonio Collino et Jacobo notariis examinavi et quia illud cum originali concordare inveni me subscripsi et illud fideliter exemplavi scripsi et in formam publicam redegi et meum signum apposui consuetum in testimonium veritatis premissorum.

Et ego Manfredus Jusiana notarius publicus auctoritate imperiali predictum autenticum ad originale una cum supradictis notario Antonio et infrascriptis Antonio Jacobo et Collino notario fideliter et dilligenter vidi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

Et ego Jacobus Sola de Dragonerio notarius publicus predictum autenticum ad originale una cum predictis Antonio et Manfredo notariis et Antonio et Colino notariis infrascriptis fideliter et dilligenter vidi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

Et ego Colinus Meglinus de Busca qui habitat in Dragonerio notarius publicus Imperiali auctoritate predictum autenticum ad originale una cum supradictis Antonio Manfredo et Jacobo notariis et infrascripto Antonio notario fideliter viddi legi et excultavi quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui

Et ego Antonius de Goxio de Dragonerio notarius publicus imperiali auctoritate predictum autenticum ad originale una cum supradictis Manfredo Jacobo, et Colino notariis fidelliter et dilligenter viddi legi et excultavi et quia utrumque concordare inveni me in testem subscripsi et signum meum consuetum apposui.

***Segue la fede di Antonio Abelli notaio di Lotulo e castellano di Castelmagno e del notaio Giacomo Donadei di aver fatto copia autentica dei suddetti atti dietro ordine del marchese Gabriele di Saluzzo delli 10 decembre 1539.***

*Estratto da copia moderna dell'Archivio Comunale di Celle, Vol. Atti e titoli delle cause contro il comune di Castelmagno, fol.* 131 *e seg.*

Digitized by Google

## N° X.

### *Transunto di proposte e voto del Consiglio del comune di Dronero intorno alla nomina del Podestà dello stesso luogo.*

1311, 18 *marzo;* 1289.....

Anno dni Millesimo CCCXI Indictione VIIII die XVIII mensis marcii in dragonerio In presencia testium *ques* scriptorum. Cum D. Fredericus de brayda potestas dragoneri et mayrane percepisset mihi Johanni Paysano notario publica propria autoritatem dedisset ut possem scripturas notas et procolla facii bonifilii defuncti notarii in publicam formam redingere ad memoriam sempiternam prout de dicta autoritate et potestate michi data per dictum dominum potestatem et constat per publicum instrumentum factum per philiponum de ubertis notarium publicum sub anno dni Millesimo CCCX indictione VIII die veneris XVIII mensis decembris et cum idcirco ego johannes paysanus notarius predictus volens adimplere preceptum dicti domini potestatis diligenter perlectis cartulariis scripturarum in quibus scripte erant nocte. Et alie scripture ipsius facii bonifilii inveni in eisdem cartulariis scripturas et noctas continencie infrascripte quas scripturas et noctas autoritate predicta de dictis cartulariis extraxi sicut in dictis cartulariis scripta erant. nihil addendo vel minuendo quod possit faci substantiam In mutare in eis ut Robur et firmitatem obtineant. Tenor quarum scripturarum talis est. Scilicet. Anno dni M°CCLXXXVIIII indictione secunda diè in pleno et generali conscilio dragoneri more solito congregato per campanam. Domini Grabiel potestas dragoneri pro magnifico viro domino Thoma marchione saluciarum Requisivit conscilium sibi dari super faciendo electionem facti potestatis. Cum tempus sit conveniens quod futurus post eligatur ad hoc ut omnis discordia et scandalum cessari debeat nunc et semper in predicta villa et dicto libro in sequenti foleo scripture supradicte que incipit. scilicet. anno domini M°CCLXXXVIIII indictione II<sup>a</sup>. die In pleno etc.

Digitized by Google

Est tenor talis in pleno conscilio dragoneri more solito congregato per campanam. Dominus Antonius de romagnano miles dominus Mayfredus de Costeloliis. potestas dragoneri cunei (*sic*) cum dominus petrus de summano Iudex henricus Rogerius notarius domini T. marchionis saluciarum Ex parte dicti domini marchionis Requiserunt conscilium eis dari. super faciendo electionem futuri potestatis dragoneri cum tempus sit et conveniens quod futurum post eligatur. ad hoc ut omnis discordia et scandalum cessari debeat. Nunc et semper in predicta villa dragoneri. In Reformacione cuius conscilii placuit omnibus infrascriptis consciliariis nemine discrepante facto partito. Inter ipsos consciliarios Per predictum dominum petrum. Iudicem nomine domini marchionis quod predictus dominus marchio quod se et suis heredibus in perpetuum habeat et habere debeat Electionem potestarie dragoneri. Ita quod ipse ibi possit ponere potestatem, ad voluntatem ipsius et heredum ipsius. Qui regat predictos homines secundum jura et statuta. dragoneri. Et bonos mores salvo eo quod ille qui fuerit potestas dicti loci in uno Anno non debeat esse in secundo. sed predictus dominus Marchio et heredes sui teneantur ipsum potestatem mutare et ponere de anno in annum. Qui Regat predictos secundum modum supradictum. Et ille qui fuerit electus post per predictum dominum Marchionem vel heredes suos esse debeat de castellanis seu vasallis dicti domini Marchionis. In Reformacione vero superius scripta inveni quamdam lineam cancellatam et sicut cancellata erat In dicto cartulario seu abreviamento sic ipsam hic scripsi. Et cancellavi. Testes qui interfuerunt quando predicta extraxi. Et qui ea viderunt legerunt. corrigerunt et examinaverunt. Sunt hii Iacobinus Velloxius notarius et bertolotus crescentius notarius publicus

Est et ego Iohannes paysanus predictus notarius plubicus. Imperiali autoritate. Et autoritate predicta mihi concessa. Ut supradictas tradidi et hic scripsi

*Da copia membranacea del secolo* XIV *nell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, Vol.* 1, *n°* 3.

Digitized by Google

## N° XI.

***Federico di Saluzzo dà in pegno a Faciotto di Costigliole i quattro forni di Dronero per sicurezza delle lire 156 astesi di cui gli era debitore per la custodia da esso tenuta del castello di Caraglio.***

1305, 8 *settembre*.

Anno domini millesimo tricentesimo quinto indictione tercia et die octava mensis septembris in Salutiis sub portichu domus Catalini Veniani Presentibus Rogerino Rogerio de Cavignasco et Jacobo de Vascho qui dicitur Aragnus et Baralino Veniano testibus vocatis et rogatis. Illustris dominus fredericus de saluciis pro libris CLVI astensibus minoribus quas confessus fuit se dare debere facioto de costegliollis qui habitat in Dragonerio pro custodia et occaxione custodie et castellanie castri cadrali obligavit nomine pignori eidem facioto pro se et suisque heredibus recipiendi quattuor furna jacentia in burgo dragonerii uni quorum coherent via publica ab una parte ab alia parte coherent heredes Iacobini filii quondam fregondi martoris et si alie sunt coherentie firme permaneant. Alteri vero coherent domus quondam facioti bonifilii via publica et villelmus de sancto petro. Alteri vero coherent dominus facius de arpiascho via communis et brunetus lanzardus Alteri vero coherent via communis et manina uxor composte quondam. Que furna obligata dictus dominus fredericus se et facioti nomine constituit possidere usque ad integram solucionem et satisfactionem dictarum librarum centum quinquaginta sex astensium. Ita quod si solutio dicti debiti facta non fuerit usque ad festum sancti michaelis proxime venturi tunc liceat ipsi facioto autoritate propria dictorum bonorum ingredi possessionem tali modo quod dictus faciotus dicta bona obligata habeat teneat et possideat jure pignoris usque ad integram solucionem et satisfactionem dicti debiti fructus vero et gaudias quos et quas ex ipsis rebus obligatis perceperit seu habuerit et percipere potuerit computentur et computari debeant in solucionem et

Digitized by Google

extennacionem dicti debiti in dictu et extimacione domini mulazani de saluciis et domini nicolai de costigliolis. Et hec omnia et singula supradicta dictus dominus fredericus attendere et observare promissit sub obligacione omnium bonorum suorum.

Et ego Anthonius bonetus notarius hanc cartam recepi et scripsi.

*Da copia del secolo* xv *negli archivi generali di Stato di Torino, categoria* 9, *mazzo* 9, *volume dei titoli prodotti dal march. Francesco di Saluzzo, pag.* 230.

## N° XII.

*Tedisio vescovo di Torino concede le decime delle parrocchie di S. Michele, Prazzo, Canosio e Paglieres o Moschieres nella valle della Maira per anni 29 al Giordano priore della chiesa di S. Cristina di Dragonero a nome del Varnerino figlio del fu Amedeo Clerico di San Damiano, per la metà, e per l'altra metà al Francesco figlio del fu Giovanni Clerico di San Damiano anche a nome del suo fratello Giordano mediante il fitto in totale di soldi 20 astesi.*

1308, 12 *novembre*.

De decima quam tenent illi de sancto damiano et dat. solidos XX astenses pro ficto.

In X[i] nomine amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo tricentesimo octavo indicione sexta die XII mensis novembris. Presentibus testibus et me notario infrascriptis. Reverendus in X[o] pater dominus Thedisius dei gracia episcopus taurinensis comodo et utilitate suis et ecclesie taurinensis pensatis suo

Digitized by Google

quidem nomine et ipsius ecclesie investivit per anulum suum dominum jordanum priorem sancte crestine de Dragonerio nomine Varnerini filii amedei de clerico condam de sancto Damiano pro medietate et franciscum filium condam johannis de clerico de sancto damiano nomine suo et fratris sui jordani pro reliqua medietate dq proventibus decime et fructibus decimarum locorum infrascriptorum quas et quos et prout eorum antecessores retrodactis temporibus usi sunt colligere et percipere in locis et parochiis infrascriptis videlicet in parochia sancti michaelis de mayrana. Item in parochia sancte marie de pratio. Item in parochia sancte marie de zanois. Item in parochia sancti jacobi de periis seu de mosceriis. Tali modo quod ipsi varnerius franciscus et jordanus predictas decimas et fructus earum habeant teneant et percipiant hinc ad XXIX annos proximos continuos et completos dando et solvendo quolibet anno usque ad dictum terminum eidem domino episcopo aut ejus certo nuncio in festo beati martini nomine ficti pro ipsis decimis solidos XX astenses. Promittentes ipsi etc. (*Seguono le formole solite.*)

Actum est hoc in domo plebis cadralii interfuerunt testes dominus arduinus de caliano et dominus guillelmus plebanus savilliani vicarii dicti domini episcopi. Et ego franciscus barracus civis taurinensis notarius publicus et scriba dicti domini episcopi predictis interfui vocatus et hanc idem cartam rogatus scripsi.

*Archiv. arcivescovile di Torino, protocolli, vol.* III, *f.* 38.

## N° XIII.

*Tedisio vescovo di Torino concede alli Giacomo Mercatore, Giordano Boverio e Alessandro Bigoto sindaci della Comunità di Dronero e a nome della medesima per 25 anni le decime di detto luogo precedentemente affittate alli Martinenghi ed alli Facio de Arpeasco e Facio di Costigliole per l'annuo fitto di lire 20 astesi e conchè non vengano*

Digitized by Google

*molestati i Rettori della chiesa di Dronero per la parte delle decime che erano soliti a percevere, ed eccettuate le decime di Roccabruna.*

1308, 13 *novembre.*

De ficto comunis Dragonerii dat libras xx astenses.

In X. nomine amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo CCC octavo indicione sexta die XIII mensis novembris. Presentibus testibus et me notario infrascriptis Reverendus in X.° pater dominus Thedisius dei gratia episcopus taurinensis comodo et utilitate suis et ecclesie taurinensis pensatis suò quidem nomine et ejusdem ecclesie dedit concessit et affitavit Iacobo mercatori jordano boverio et alexandro bigoto de dragonerio presentibus et recipientibus syndicario nomine et vice comunis universitatis et hominum de dragonerio diocesis taurinensis decimas et fructus decimarum finium dragonerii quas nunc colligunt et percipiunt martinengi de dragonerio et quas colligunt facius de arpeasco et facius de costegloliis ad ipsum dominum episcopum pertinentes excepta decima de rocha que non intelligatur in concessione presenti de termino videlicet quo predicti martinengi facius de arpeasco et facius de costegloliis ipsas decimas tenere debent prout continetur in instrumentis eorum inde factis usque ad xxv annos tunc proximos continuos et completos. Tali modo quod ipsi comune universitas et homines dragonerii dictas decimas et fructus earum ut supra habeant teneant et possideant dando et solvendo finito termino quo predicti martinengi facius de arpeasco et facius de costegloliis debent tenere predictas decimas in antea singulis annis usque ad dictum terminum eidem domino episcopo aut ejus procuratori in savilliano in festo sancti martini nomine ficti libras viginti astenses minutorum. Eo modo quod si in solucione ipsius ficti facienda dicto termino cessaret quod infra xv dies eumdem terminum immediate sequentes ipsum fictum duplicatum solvere teneantur. Et si sic duplicatum non solverent cadant a jure quod haberent in concessione presenti. Et nichilominus idem dominus episcopus dictum fictum duplicatum possit exigere cum effectu. Item fuit actum inter ipsas partes quod dictum comune universitas aut homines de dragonerio Rectoribus ecclesie de dragonerio nul-

Digitized by Google

lam inferre debeant molestiam super duabus partibus decime dragonerii pertinentibus ad eosdem quominus ipsi Rectores partes eorum ipsius decime prout usi sunt percipiant pacifice et quiete. Et si contrafacerent penam librarum XXV astensium incurrant quam eidem domino episcopo solvere teneantur. Promitentes ipsi syndici nominibus supradictis dictum fictum persolvere loco et termino supradictis et penas predictas si eas incurrerent cum restitucione dampnorum expenssarum ..... et interesse ac ipsas decimas non alienare absque ipsius domini episcopi licencia speciali. Nec non facere et curare quod predicti universitas comune et homines de dragonerio presentem contractum et omnia que in eo continentur cum prestacione iuramenti ratificabunt et aprobabunt per publicum instrumentum quod eidem domino episcopo tradant eorum propriis expensis. Dictus vero dominus episcopus predictas decimas eisdem syndicis stipulantibus nominibus predictis varire et deffendere promixit contra omnes personas et concessionem presentem ratam habere usque ad terminum supradictum. Preterea predicti syndici nominibus predictis prefato domino episcopo promixerunt pro afaytamento et investitura dicte concessionis procuratori ipsius domini episcopi infra VIII dies ante festum nativitatis domini proximum in savilliano libras XXV astenses persolvere obligantes pro predictis omnibus adtendendis et observandis predicte partes omnia eorum bona tam habita quam habenda. Et predicta omnia et singula supradicti syndici prefatis nominibus adtendere et observare ad sancta dei evangelia tacta corporaliter juraverunt de quibus omnibus mihi notario preceptum est fieri publicum instrumentum.

Actum est hoc in domo plebis de cadralio. Interfuerunt testes dominus Arduinus de Caliano et Guillelmus vicini plebanus savilliani vicarii et jacobinus flamengus et migeletus de brunesbert familiares dicti domini episcopi. Et ego franciscus barracus civis taurinensis publica imperiali auctoritate notarius scribaque dicti domini episcopi predictis interfui vocatus et hanc inde cartam rogatus fieri tradidi et scripsi.

*Archivio Arcivescovile di Torino. Protocolli, vol. 3°, f. 44.*

Digitized by Google

## N° XIV.

*Tedisio vescovo di Torino concede alli Ponzio Rodolfo e Luicho figlio del Giordano Luicho di Acceglio a nome dei loro consorti appartenenti in gran parte agli ospizi del detto luogo di Acceglio le decime dello stesso luogo e della valle di Maira di cui erano già stati investiti dal vescovo Gaufredo li 29 ottobre del 1272, per lo spazio di 29 anni e mediante il fitto annuo di lire quattro viennesi.*

1311, 4 *luglio.*

Decima de Acelio pro libris 4^or^ viennensibus.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem domini M° CCC° XI° indictione nona die quarto mensis julii. Presentibus testibus et me notario infrascriptis. Quia ea precipue sunt a prelatis agenda que ecclesiarum suarum incrementa respiciunt. Idcirco Reverendus in X^to^ pater dominus Tedisius dei gracia episcopus Taurinensis pensatis comodo et utilitate suis et ecclesie taurinensis suo quidem nomine et ejusdem ecclesie dedit et concessit Poncio Rodulpho et Luycho filio quondam jordani luychi de acelio presentibus et recipientibus suo nomine proprio et vice et nomine infrascriptorum consortium suorum dicti loci decimas et jus decimandi quas et quod ipsi consortes ussi sunt percipere et habere et tenere in finibus et territorio de Acelio et in Valmayrana diocesis taurinensis de quibus alias investiti fuerunt per bone memorie dominum Gaufredum quondam episcopum taurinensem ipsius domini episcopi predecessorem prout aparebat per publicum instrumentum inde factum manu uberti mercerii notarii M° CCLXXII indictione XV die secundo exeunte octubre illis tunc decimis ex predictis dumtaxat exceptis quas idem dominus episcopus alteri persone con-

Digitized by Google

cessisset tempore retroacto que quidem in presenti concessione minime includantur hinc videlicet ad XXIX annos proximos continuos et completos. Tali modo quod ipsi consortes infrascripti quilibet eorum pro parte consueta fructus reditus et proventus dictarum decimarum usque ad dictum terminum habeant teneant possideant colligant et percipiant sine contradicione dicti domini episcopi et successorum ejusdem dando et solvendo dicto domino episcopo seu rectori ecclesie de acelio qui nunc est vel pro tempore fuerit nomine ipsius domini episcopi singulis annis in festo beati martini usque ad dictum tempus nomine ficti seu census pro ipsis decimis libras quatuor vienensis monete nunc currentis in eodem loco de Acelio. Quod quidem fictum dicti Poncius et Luychus nominibus supradictis dicto domino episcopo suo et ecclesie taurinensis nomine recipienti promiserunt et convenerunt stipulatione solempni dare et solvere annis singulis in festo sancti martini predicto usque ad dictum terminum dicto Rectori de Acelio nomine ipsius domini episcopi sub obligacione omnium bonorum suorum et predictorum consortum suorum dampnorum expenssarum et interesse restitucionis. Et ut ipsi consortes magis sint voluntarii in solvendo dictum fictum termino suprascripto voluerunt ipsi contrahentes et inter se talem conventionem fecerunt videlicet quod si ipsi consortes non solverent annis singulis ut supradictum fictum in termino constituto quod ipsi duplum silicet fictum quod solutum non fuerit duplicatum infra dies XV dictum festum sancti martini in quo non foret solutum ipsum fictum immediate sequentes eidem domino episcopo tradere et solvere teneantur et ab eisdem per ipsum dominum episcopum possit exigi cum effectu. Si vero dicti consortes per alios XV dies dictos XV immediate sequentes cessarent in solucione dicti ficti duplicati facienda dicto domino episcopo ut superius continetur cadant a jure quod haberent in concessione presenti Versa vice predictus dominus episcopus nomine suo et episcopatus taurinensis dictis Poncio et Luycho recipientibus nominibus supradictis per solempnem stipulacionem promixit dictas decimas varire et deffendere dictis consortibus ab omni persona de jure sub obligacione omnium bonorum suorum dampnorum expenssarum et interesse restitucionis presentemque concessionem ratam et firmam habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alios de jure aut de facto sub obligacione premissa. Et inde predictus dominus episcopus nomine suo et ecclesie Taurinensis predictos Poncium et Luychum nominibus supradictis presentes et recipientes sub pactis et con-



Digitized by Google

ventionibus suprascriptis per suum anulum investivit. Promiserunt denique et ad sancta dei evangelia tacta corporaliter juraverunt predicti Poncius et Luychus nominibus supradictis dictas decimas non alienare vendere vel obligare seu in manus alterius ponere ipsasque finito termino dictorum XXIX annorum expedire et disbrigare libere et absolute episcopo et ecclesie Taurinensi si de ipsius episcopi processerit voluntate ac se facturos et curaturos cum effectu quod infrascripti eorum consortes contractum presentem et omnia que continentur in eo sub pactis obligacionibus et juramentis quibus supra ratificabunt et aprobabunt prout poterit melius fieri de jure. Renunciantes dicte partes exceptioni non facte concessionis promissionis et obligacionis predictarum et sub pactis et condicionibus suprascriptis doli mali et in factum condicioni sine causa vel ex injusta causa et omni alii exceptioni et juri quibus mediantibus contra predicta modo aliquo possent facere vel venire. Nomina dictorum consortum sunt hec Bonellus ysnardus petrus facius et omnes alii de hospicio bernardorum et boniffaciorum Giraudus tianus mauricius bernardus et alii de hospicio luycorum Jordanetus filius Rodulphi Zalveti Vuillielmetus raymundus jacobus gaydoni vuillelmus agni et omnes de hospicio de iartosis et de raymundis Guillelmetus filius quondam nicoleti ysoardi johannes jussiana maynerius de sancto damiano et omnes de hospicio ysoardorum Jordanus Zalvetus jordanetus donade et alii de hospicio zalvetorum Bernardus monge Giraudus seagli et alii de hospicio illorum de monge Raymundus planexius johannes flandini et alii de hospicio planexorum et giraudus solomeus de acelio nec non jacobus et petrus bernardi de sancto michaele. De quibus per me infrascriptum notarium precepta sunt fieri publica instrumenta.

Actum est hoc in civitate taurinensi in domo episcopali. Interfuerunt testes ad predicta vocati dominus johannes plebanus de publicis capellanus dicti domini episcopi et dominus petrus rector ecclesie de acelio.

Et ego franciscus barracus civis taurinensis publicus imperiali auctoritate notarius scribaque dicti domini episcopi hiis interfui vocatus et hanc inde cartam rogatus fieri tradidi et scripsi.

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocolli, vol. 3°, f. 81.*

Digitized by Google

## N° XV.

### *Patti di affrancamento da vincoli feudali ed enfiteotici concessi da Tommaso IV Marchese di Saluzzo al Comune ed uomini di Dronero.*

14 *maggio* 1312.

In Nomine Dni nostri Jesu Christi amen. Anno ejusdem millesimo tercentesimo duodecimo indictione decima die Xma quarta mensis madii. Ad honorem Dei et Beate Gloriose Virginis Marie et totius celestis curiae et ad honorem Illis viri Dni Manfredi dni Marchionis Salutiarum heredumque suorum et universorum et singulorum hominum et personarum Dragonerii et districtus et Comunantie ejus loci, tam presentium personarum ibidem habitantium quam que de cetero operante Dno habitabunt. Illustris et Magnificus Vir prefatus dominus manfredus marchio saluciarum ex conventione et tractatu inter ipsum Dnum Marchionem per se et heredes suos ex una parte et dnum Facium de Peascho et Tadeum Boverium sindicos communis et universitatis hominum Dragonerii et communantie vice et nomine ipsius Comunis comunantie et universitatis et personarum ejusdem ex altera parte de quorum sindicorum sindicatu constat per publicum instrumentum inde factum per Gabrielem Juxianam notarium sub hoc anno et indictione die duodecima mensis madii instantis fecit remissionem absolutionem et liberationem omnimodam et pactum liberatorium remissorium et absolutorium per se et heredes suos usque in perpetuum predictis sindicis recipientibus eorum nomine et vice et nomine dicte communitatis et personarum singularium universitatis supradicte tam presentium quam futurarum inibi habitantium et habitaturarum et tam pro se quam pro eorum heredibus et ceteris successoribus et mihi Vuilielmo Laurenti notario infrascripto uti publice persone eisdem nominibus recipienti de infrascriptis rebus secundum modos formas et tenores inferius comprehensos. Primo videlicet de omnibus fictis que sibi Domino Marchioni in Dragonerio et Comunantia et ter-

Digitized by Google

ritorio debebantur ex quibuscumque de personis et ex quibuscumque rebus et quacumque de causa. Item de omnibus Tertiis, successionibus et acconsamentis et de predictis fictis terciis successionibus et acconsamentis dictus Dnus Marchio per se et heredes suos dedit et concessit prefatis sindicis recipientibus nominibus supradictis plenam libertatem immunitatem atque franchisiam de cetero in perpetuo duraturam ita et taliter quod quelibet persona de Dragonerio et Communantia et inibi habitans et que ibi de cetero habitabit et quelibet alia que habet vel habebit aliquas terras vel possessiones vel res alias seu bona in Dragonerio et territorio Dragonerii et Communantia possit res terras possessiones et bona illa et etiam sua mobilia bona ubicumque sint vendere donare permutare et quocumque alio modo alienare legare relinquere et adjudicare tam ex testamento quam ab intestato et de iis testari tamquam de rebus et bonis franchis et liberis, et quocumque modo res et bona ipsa in aliam personam non prohibitam etiam transferre ad suam plenariam voluntatem sine aliqua datione Tertii vel acconsamenti, et sine aliqua investitura vel concessione extimatione vel approbatione, et sine licentia Dni Marchionis heredumque suorum et nunciorum et Potestatum et Rectorum et Officialium suorum et sine requisitione consensus eorum et cujuslibet eorumdem, et ita et taliter quod aliqua persona de Dragonerio, et Communantia vel ibi habitans vel habitatura omnimodo in antea non possit nec debeat inquietari, requiri, vel exigi seu molestari per dictum Dnum Marchionem vel heredes eius vel per aliquem nuncium potestatem et rectorem vel officialem ipsius vel eorum occasione alicujus ficti tertii successionis vel acconsamenti pro rebus et bonis vel occasione rerum vel bonorum que sunt vel erunt in Dragonerio et ejus territorio et Communantia; et quod ipse res et bona sint libere et libera et franca a dictis tertiis acconsamentis fictis et successionibus; salvis et exceptatis hominibus Rochebrune et rebus eorum que sunt vel erunt inter confines designatos inter comune Dragonerii ex una parte et Rufinum de Brayda ex altera parte, de quibus sit et servetur prout inferius describetur. Tali quippe modo quod predicte res et bona que sunt vel erunt in Dragonerio et posse et Comunantia et eorum mobilia et bona ubicumque fuerint deinceps non possint capi vel peti vel commissa seu commissa dici propter aliqua ficta proterita vel non soluta vel futura nec propter aliquam vel alicujus persone successionem nec propter alicujus tertii vel acconsamenti salvis feudis et rebus feudalibus de quibus servetur ut infra, scilicet sint predicte res et bona libere et libera

Digitized by Google

et permaneant immunia et absoluta ex nunc in antea ab omnibus fictis tertiis successionibus et acconsamentis ita quod si aliqua persona de Dragonerio vel habitans vel habitatura ibidem decesserit seu decedet ab intestato, quod proximiores ejus agnati seu cognati et alii qui vocantur ad successionem alicujus secundum leges et secundum ordinem juris adeant et veniant ad successionem ejus decedentis persone et successionem illam habeant et valeant vendicare secundum comunia iura non obstante aliqua consuetudine hinc retro in contrarium observata. De predictis autem libertatibus immunitatibus et franchisiis excepta sunt et exceptata per dictum Dnum Marchionem et inter eum ex una parte et per predictos sindicos et inter eos et dominum Marchionem ex altera et excepta semper intelligantur et sint et exceptata fuerunt per dictas partes omnia feuda et omnes res feudales que tenent et tenere consueverunt in feudum ab ipso dno Marchione in Dragonerio et Communantia et in ejus territorio et districtu que omnia remaneant sicuti erant ante libertatem presentem exceptis bonis et rebus feudalibus et feudis que et quas tenentur seu tenere consueverunt in Dragonerio et districtu seu Communantia Tadeus Boverius, Vuilielmus et Joannes fratres ejus et filii et heredes Jacobi Boverii quondam fratris predictorum. Que feuda et res feudales predictorum Boveriorum scilicet Tadei predicti et fratrum ejus et nepotum predictorum ejus in predicta sint et permaneant libertate et libera sint in omnibus et per omnia prout de aliis rebus Dragonerii et Comunantie superius continentur dicta exceptione de feudis proxime scripta superius in aliquo non obstante. Item actum et firmatum fuit inter partes predictas nominibus supradictis solempniterque firmatum. Quod aliqua persona de Dragonerio vel Communantia vel ibi habitans seu que ibi de cetero habitabit non possit deinceps absolvi ne teneatur solvere fodra, taleas, onera et munera Dragonerii et Comunantie sustinere salvo quod hoc non prejudicet immunitatibus et pactis hinc retro concessis. Item actum fuit insuper et firmatum inter sindicos predictos nominibus quibus supra ex una parte et Dnum Ruffinum de Brayda nomine heredum suorum et me notarium infrascriptum tamquam publicam personam stipulantem et recipientem nomine dictorum heredum Dni Ruffini predicti ex altera parte, quod si dicte partes gravarentur ultra debitum vel equitatem onerarentur vel se dixerint oneratas in talea vel taleis fodro vel fodris vel aliis inditionibus que imponerentur vel indicerentur in Dragonerio vel Communantia quod illis heredibus vel conquerentibus per ipsos heredes debeat eligi aliquis bonus vir et per

Digitized by Google

Commune Dragonerii sive per consilium alius bonus vir, qui duo boni viri debeant providere et bailiam habeant providendi super gravamine vel onere heredibus ipsis impositis et possint gravamen et gravamina seu onera relevare seu alevare prout videbitur eis et secundum predicti duo viri dixerint providerint seu ordinaverint de gravamine vel gravaminibus et non ultra vel aliter debeat observari quia taliter actum fuit inter partes proxime dictas voluntate et consensu et decreto dicti dni Marchionis non obstantibus aliquibus predictis vel infrascriptis. Item actum et firmatum fuit inter predictum Dnum Marchionem ex una parte, et predictos sindicos nominibus supradictis ex altera parte, quod Communitas sive consilium Dragonerii et Communantie sive ille persone que per dictum consilium eligerentur possit singulis annis facere capitula et statuta, que statuta et capitula debeant presentari dno Marchioni vel heredibus ejus examinanda et approbanda vel reprobanda per eum vel eos ad voluntatem dicti dni Marchionis vel heredum ejus infra mensem unum, et ea que fuerint approbata per ipsum dnum Marchionem vel heredes suos vel per alium vel alios ejus vel eorum jussu debeant pro capitulis et statutis servari per potestatem et rectores Dragonerii et Comunantie usque ad annum a die confirmationis proxime computandum, et illa capitula seu statuta que per dictum dnum Marchionem vel ejus heredes infra mensem predictum non fuerint confirmata et approbata et durare debeant et servari usque ad annum ut supra describitur. Item actum fuit et firmatum inter partes easdem quod aliqua persona de Dragonerio vel comunantia non possit nec debeat vendere nec aliquo modo seu nomine alienare aliquam terram vel possessionem alicui persone que non solveret vel solvere recusaret vel recusare posset solvere fodra et taleas et alia onera Dragonerii et comunantie supportare, et si aliqua persona contrafaceret, quod ipso facto terra et possessio vendita et vel aliter alienata contra predictam formam incontinenti sit et esse intelligatur et ante alienationem commissa Dno Marchioni et Communi Dragonerii et Communantie et tamquam commissa capi possit et detineri per potestatem et Commune Dragonerii applicanda pro medietate Dno Marchioni et pro medietate Comuni Dragonerii et Comunantie, et hoc nisi venditio vel alienatio facta esset voluntate Dni Marchionis et Consilii Dragonerii et Comunantie. Actum fuit insuper et firmatum inter partes easdem quod aliqua comunia seu res que appellantur communis non debeant nec possint concedi in totum nec in aliqua parte ex aliqua causa nec dari nec alienari de cetero alicui persone comunitati vel universitati nisi audita

Digitized by Google

voluntate et consensu dicti domini Marchionis vel heredum ejus et Comunis seu Consilii Dragonerii et Communantie sue. Item quod in dictis tertiis supra remissis et in libertate predicta Tertiorum ipsorum non intelligatur tertia pars que competit dicto dno Marchioni et quam habet dictus Dnus Marchio in Communibus et rebus communibus seu que comunia apellantur Dragonerii et Communantie nec aliqua alia pars quam ipse dominus Marchio habet in aliquibus comunibus rebus; hoc tamen salvo quod dicta comunia non possint nec debeant dividi inter dictum dominum Marchionem et Comune predictum Dragonerii, nisi esset de communi voluntate dicti Dni Marchionis et consilii Dragonerii vel majoris partis dicti Consilii. Item actum et firmatum extitit inter partes superius dictas, quod alique res posite in Dragonerio vel districtu abhinc in antea non debeant nec possint dari ad fictum nec in emphiteusim concedi per ipsum dnum Marchionem vel heredes vel nuncium ejus, nec per Commune nec per aliquam personam Dragonerii vel Communantie, nec aliquis contractus debeat fieri, cujus occasione fictum aliquod dari debeat seu solvi. Et si quis contrafaceret cadat a ficto et jure ficti et emphiteota fictum placitum vel conventum non teneatur solvere reddere vel prestare, et si Dnus Marchio vel ejus heres vel aliqua persona de Dragonerio vel Communantia vel ibi habitans vel habitatura deinceps acquireret aliquod fictum quod nunc alicui debeatur, teneatur acquisitor fictum illud vendere enphiteote scilicet dando solidum pro libra ita quod res enphiteotice libere remaneant et in libertate predicta perdurent et enphiteota eadem ratione et pretio emere teneatur, et ad emendum ut supra emphiteota penis et bannis valeat coarctari. Preterea fuit actum atque firmatum inter supradictas partes in predicto tractatu quod predicta non prejudicent nec prejudicare debeant dicto Dno Marchioni nec Ruffino de Brayda nec eorum heredibus nec hominibus Roche in aliquo suo jure nec in aliquibus fictis tertiis successionibus vel acconsamentis que ipsi Dnus Marchio vel et Ruffinus habent in hominibus Roche et eorum rebus et terris, imo omnia jura dicti dni Marchionis et Ruffini sibi competentia in Rocha et hominibus Roche occasione fictorum, tertiorum, successionum et acconsamentorum intra confines designatos inter ipsum Ruffinum et Commune Dragonerii ipsis dno Marchioni et Ruffino serventur illesa, non obstantibus aliquibus de predictis, et quod aliqui homines Roche predicte non habeant libertates predictas nec aliquam earum nec eis nec earum aliqua gaudeant vel utantur vel uti possint dum habuerint vel tenuerint habeant vel teneant aliqua

Digitized by Google

bona immobilia in Rocha et posse Roche intra predictos designatos confines absque licentia Ruffini predicti. Immo omnia jura sua dictis dno Marchioni et Ruffino serventur illesa et in omnibus incorrupta et bona eorum que eisdem nunc competunt ipsis dno Marchioni et Ruffino, nec obstaret ipsis dno Marchioni et Ruffino aliqua mutatio vel translatio quam ipsi homines Roche vel aliquis eorum facerent in Dragonerio vel posse vel in alium locum, sed in successionibus et in omnibus aliis dictis dno Marchioni et Ruffino et eorum heredibus omnia sibi nunc competentia jura serventur, translatione vel mutatione alicujus non obstante nec suffragante alicui Roche donec tenuerint vel habuerint in Rocha in predictos confines aliqua immobilia bona, et hoc intelligatur de omnibus rebus et bonis hominum Roche quas vel que habent in Rocha vel alibi ubicumque vel de cetero habebunt. Res autem et bona quas vel que nunc habent in Dragonerio vel districtu ipsi homines in rebus illis predicta gaudeant libertate, et omnibus libertatibus predictis. Habitare autem intelligatur quantum ad predicta illi qui recepti fuerint pro habitatoribus per consilium Dragonerii auctoritate Potestatis, et stabunt ibi, et illi qui stabunt ad focum et catenam in Dragonerio seu posse, salvo tamen quod non possint recipi pro habitatoribus Dragonerii, et aliqui homines Dni Marchionis in quibus ipse Dnus Marchio haberet successionem si decederent absque liberis et expresso mandato dicti Dni Marchionis, nec essent de potestaria Dragonerii et Mandamenti, quod possint recipi per consilium Dragonerii auctoritate potestatis pro habitatoribus ut supra legitur, exceptione predicta non obstante. Sane acta sunt et firmata predicta inter dictas partes prout superius denotatur, salvis semper et nihilominus dicto domino Marchioni et heredibus ejus omnibus honoribus jurisdictionibus dominio, mero et mixto imperio exercitibus et cavalcatis in pace et guerra et omnibus aliis juribus et rationibus dicti dni Marchionis sibi competentibus in Dragonerio et posse quibus nullum fiat prejudicium ex predictis nec aliquo predictorum, nec in aliquo detrahatur aut minuatur ita quod ipsi dno Marchioni vel heredibus ejus in ejus dominio vel aliis supra proxime scriptis, vel aliquibus aliis juribus nullum fiat prejudicium dispendium vel gravamen, preterquam in predictis tertiis venditionum, successionibus fictis, et acconsamentis et in aliis supra nominatim remissis sive concessis que predicta remissa seu concessa ut supra leguntur perpetuam habeant firmitatem secundum quod superius declaratur, quia taliter actum fuit inter dictum Dnum Marchionem ex una parte et Sindicos supradictos nominibus su-

Digitized by Google

pradictis ex altera in predicta conventione et in predicto tractatu et in predictis et in principio et in medio et in fine et ante ea et in continenti post ea. Pro predictis autem libertatibus et immunitatibus et franchisiis et pro his que superius remissa sunt et concessa sindicis antedictis, nominibus sepedictis et ex causa libertatum predictarum et remissionum et concessionum et aliorum superius contentorum supradicti sindici, nominibus supradictis ex certa scientia, ex tractatu et conventione predicta promiserunt dicto dno Marchioni pro se et heredibus suis stipulanti et recipienti solvere et dare videlicet dicto Marchioni pro se et heredibus ejus aut certis suis nunciis sive nuncio certo suo in singulis annis in perpetuum in festo S. Thome Apostoli libras centum sexaginta Astenses, scilicet talis monete et talis valoris que pro Astensibus curreret vel expenderetur et quam currere et expendi faceret ipse Marchio vel ejus heredes communiter in terra et per terram ipsius dni Marchionis vel majorem partem ipsius terre tempore solutionis faciende. Et si dictus dnus Marchio vel ejus heredes nominatim non faceret currere monetam dictam in terra sua, quod fieri debent solutiones ad monetam que curret in Dragonerio aut curreret tempore faciende solutionis pecunie supradicte. Quod si dicta solutio non fieret et facta non esset ad terminum supradictum in totum vel in aliqua sui parte voluerunt et consenserunt dicti sindici nominibus supradictis quod predictus dnus Marchio et ejus heredes et potestates sive quivis alius rector Dragonerii possit et possint imponere penas et mulctas et banna ad volontatem suam consilio consiliariis et Comunitati Dragonerii et Comunantie quod solvant illud quod solutum non esset de predicta pecunie quantitate, et quod pene mulcta et banna que imponentur vel imposita essent dicta occasione possint exigi et excuti secundum quod exigi et excuti possunt alie pene et banna et nihilominus quantitatem predictam que soluta non esset una cum damnis expensis et interesse proinde factis passis vel incursis seu substentis ocasione dicte solutionis, que fuisset in totum vel in parte post predictum terminum retardata, credendo de predictis simplici verbo dicti dni Marchionis et heredum suorum sine testibus et sacramento vel alia probatione. Que omnia et singula supradictus dnus Marchio per se et heredes suos ex una parte et predicti sindici tam nominibus suis quam vice et nomine consilii et consiliariorum presentium et futurorum et Communis et universitatis et personarum Dragonerii et Comunantie ex parte altera, sibi vicissim solemnibus stipulationibus et promissionibus intervenientibus hinc et inde convenerunt et promiserunt ex su-

Digitized by Google

perius dictis causis et qualibet alia causa qua melius et firmius predicta possint et debeant, observari fieri et attendi, attendere et valere atque tenere et integraliter et inviolabiliter observare quelibet pars in suo casu et nihilo de facto vel de jure contrafacere vel contravenire per se vel per aliam submissam personam, nec alicui contrafacienti vel contravenienti in aliquo consentire nec auxilium nec consilium dare nec aliquid alegare dicere seu facere per se vel per aliam personam contra predicta vel aliquod predictorum, sed potius predicta omnia et singula rata et firma habere perpetuo et tenere per se et quoscumque successores suos seu nullo modo nullaque causa vel ingenio contrafacere vel venire in totum vel in aliqua parte sub damnis et expensis et interesse litis et extra reficiendis. renunciantes jamdicte partes nominibus supradictis ex certa scientia et expresse exceptioni doli mali in factum condictioni sine causa et ex injuxta causa et auxilio dicendi vel opponendi se in predictis vel eorum aliquo fuisse deceptas lesas aut circumventas aut ad ea dolo vel aliqua fraude fuisse inductas, et auxilio cujuslibet restitutionis in integrum. Quin imo confitentes dicti sindici nominibus supradictis predicta omnia tractata facta fuisse et esse pro ingenti comodo proficuo augmento et utilitate Dragonerii et Communantie et personarum ejusdem loci tam presentium quam futurarum et nihil in suam lesionem in aliquo processisse, sed generaliter renunciantes supradicte partes omni alii juri exceptioni et allegationi juris vel facti, et omni legum et decretorum statutorum et consuetudinum et capitulorum factorum et faciendorum auxilio quibus se tueri possent aut contra predicta, vel aliqua eorum facere vel venire sive de facto sive de jure sive per que contra ea vel eorum aliqua possit fieri vel veniri, ita quod in hac generali renuntiatione quelibet specialis renunciatio intelligatur nominatim apposita et expressa. Ad majorem quoque firmitatem constantiam promissorum supradicti sindici in animabus et super animabus suis et omnium et singulorum consiliariorum Dragonerii et Comunantie tam nunc existentium quam futurorum juraverunt ad sancta Dei evangelia tactis scripturis, sibique juramento delato, supradicta omnia et singula inviolabiliter et integraliter in perpetuum attendere et observare et rata et firma habere in perpetuum et tenere et attendi et observari et rata et firma haberi et teneri per consilium et Consiliarios Commune et universitatem Dragonerii et Comunantie et quascumque personas curare et facere cum effectu et in nullo in contrarium facere, vel venire vel fieri vel veniri concedere vel permittere nec de iure nec

Digitized by Google

de facto per se vel per alias qualescumque personas, sed predicta omnia effectualiter adimplere in omnibus et omnia prout supra releguntur, et insuper curare et facere cum effectu quod consiliarii Dragonerii intra octo dies proximos jurabunt predicta servare et attendere et attendi et observari facere bona fide et si forte contingeret quod suo debito tempore non esset predicta facta solutio, quod propterea bannum perjurii non requiratur neque solvatur. Item quod potestates Clavarii et notarii quicumque Dragonerii et Communantie in introitu sui regiminis seu officii debeant jurare predicta omnia et singula inviolabiliter et integraliter observare, et in quantum ad eorum regimen et officium pertineb t, et quod non facient neque venient contra predicta vel aliquod predictorum; quod si iurare nollent quod dnus Marchio debeat facere quod jurent cum inde per Commune vel consilium fuerit requisitus: Quibus sic ut supra legitur actis dictus Dominus Marchio juravit ad sancta Dei Evangelia predicta in suo casu, in eo quod ad eum pertinet bona fide attendere, servare et observari facere postquam fuerit requisitus per Commune vel Consilium Dragonerii. Pro supradictis autem firmius attendendis et observandis, predicti sindici nominibus supradictis pignori obligaverunt dicto dno Marchioni pro se et suis heredibus recipienti omnia sua bona communis et universitatis et personarum Dragonerii et Communantie supradicte, et dictus scilicet dnus Marchio proinde et pro predictis attendendis in suo casu, omnia sua bona dictis sindicis, nominibus antedictis recipientibus pignori obligavit; et de iis omnibus supradictis jussum fuit mihi notario infrascripto per partes ipsas plura ejusdem tenoris fieri publica instrumenta.

Actum fuit in Revello in domo Bonancinsi Specialis, presentibus Dno Barnabo de Bonifaciis milite, Dno Henrico de Verduno jurisperito, Dno Mulassano de Salutiis, Dno Ruffino de Brayda Bernardino Grossa et Jacobo Mancer (1), et Joanne Juxiana Gabriele Juxiana et Jacobo Valoxio de Dragonerio testibus ad hec adhibitis vocatis et rogatis et notis

Et ego Guglielmus Laurenti de Caramagnolia Imperiali auctoritate notarius scribaque dicti dni Marchionis predictis omnibus interfui et rogatus et jussu dictarum partium hec scripsi et subscripsi.

*Dall'originale nell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 2.

(1) Nell'atto di affrancamento degli uomini di Revello delli 15 maggio 1312 è scritto *Jacobo Muratore.* (Mul. tom. III, p. 97.)

Digitized by Google

## N° XVI.

### *Convenzione fra il Guglielmo de Veumilio, comandante dell'esercito del re Roberto disceso nella valle di Maira, e gli uomini di Accelio, Ussolo, Prazzo e altre terre della detta valle.*

1313, 7 *agosto.*

In christi nomine, Amen. Anno nativitatis domini millesimo CCCXIII°, die VII mensis Augusti, in excercitu congregato in territorio de Acello, ubi dicitur ad plancham Alisoni, noverint universi quod pacta et conventiones facta et facte fuerunt inter nobilem et discretum virum Guillelmum de Veumilio, capitaneum et ductorem excercitus qui erat et ingredierat in vallem de Mayrana, in loco supra designato ordinatum per Egregium virum dominum Thomacium de marzano Squillacii, Comitem Regni Sicilie, manescallum et senescallum provincie et forcalcarii, de Consensu et Consilio Rostagni berardi, domicelli, Bajuli vallis sturane, et domini hugonis faramie, Bajuli Barcilonie et vallis nuncii, nec non Consulum Barcilonie, Sedene, Sancti Stephani et plurium aliorum, nomine Curie Regie, ex una parte; Et dominum Petrum donadeum, sacerdotem de Acello, Poncium radulphi, Arnulphum lioncii, Raymundum castellarium, Giraudum castellum, hugonem aymeudum, Iordanum donadeum notarium, Iohannem matheum magistrum, Bertrandum loicum notarium, Guillelmum castellum, Poncium berardum, Petrum florem, hugonem haymeudi, Radulphetum de gamondia, Iohannem flandinum, Petrum Calandram, hugonem Jartosium, Petrum facium, Loycum loycum, Raymundetum tiranum, mauricum bernardum, Berardum Audebertum notarium, Petrum chazalem, Guillelmum ysoardum de Acello et Guillelmum michaelis, Ebredunum almeum, Iohannetum grascum de usolio Et facium Iacobum, Iohannem matheum et durandum Aguillentem de prato, ex altera parte, eorum nominibus et nomine aliorum hominum dictorum locorum, primo videlicet quod dicti homines et alii homines dicto-

Digitized by Google

rum locorum, quandocunque contigerit quod Illustris dominus Rex Robertus Jerusalhem et Sicilie, vel heredes sui, vel aliquis ipsorum erit dominus de draonerio et sibi fecerint fidelitatem et homagium, quod ipsi homines et alii homines dictorum locorum facient homagium et fidelitatem ipsi domino Regi vel heredibus suis infra octo dies postquam dicti homines de Drayonerio fecerint homagium et fidelitatem, seu major pars ipsorum, reservatis ipsis hominibus supra nominatis et aliis dictorum locorum omnibus franquesiis et libertatibus quas consueti sunt habere. Item promiserunt solvere annuatim Curie jamdicti domini Regis, pro Censu et debito seu servitio, in festo Sancti Michaelis, solidos quadraginta bonorum vianensium veterorum, pro quibus serventur eis libertates quas soliti erant habere in Comitatibus provincie et forcalcarii, Et pro ipsis ire salve et secure in Comitatibus provincie et forcalcarii et esse immunes a prestatione pedagii et leide, sicut consueti erant. Item promiserunt ipsi Capitaneo et mihi notario infrascripto, Recipientibus nomine Curie, Centum marcha Argenti fini usque ad festum omnium sanctorum, pro tala, dampno et incendio Redimendo que contingi possent modo in presenti per excercitum ipsum, pro quibus affidati debent esse et petunt affidari a tala, incendio et dampno, quas et quod eis fieri posset usque ad festum Sancti Johannis babtiste proxime venturum, Et interim esse affidati tam per Curiam Regiam quam homines ejusdem; pro quibus promiserunt eidem Capitaneo, nomine Curie, sex hostagerios de Acello, videlicet Petrum audam, vel Guillelmum ejus filium, Johannem savaricum, Raymundum planesium antiquiorem, Raymundum aulanerii vel unum ex filiis ejus, Petrum facium filium facii bonifacii, maurisium bernardi. Qui hostagerii morari debeant in barcilonia, quousque homines de Drayonerio fecerint homagium et fidelitatem ipsi domino nostro Regi seu heredibus ejus, usque ad festum Sancti michaelis, Et quousque solverint predicta Centum marcha Argenti, ut supra; Et si Ante dicti homines de Drayonerio fecerint fidelitatem, vel dicti homines solverint predicta Centum marcha Argenti, quod dicti hostagerii sint quitii et Redire possent salve et secure in Acello. Qui homines supradicti promisserunt quod dicti hostagerii non facient fugam a loco supradicto de Barcilonia, sub pena Centum marcarum Argenti pro quolibet hostageriorum ipsorum. Item promiserunt dicti homines, nomine quo supra, non offendere Curiam nec homines suos in Aliquo loco, nec se opponere Contra Curiam Regiam nec homines suos in Aliquo loco, usque in festo Sancti michaelis proxime venturo. Et predictus Capitaneus et

Digitized by Google

ductor excercitus Et predicti Hugo faramia, Bajulus Barcilonie, et Rostagnus berardi, bajulus vallis sturane, Retento in predictis et omnibus aliis honore, mercede et voluntate jamdicti domini Comitis et Senescalli provincie, predicta omnia attendere et observare promiserunt. Et si de voluntate dicti domini Comitis non fuerint supradicta vel fidanciam eis datam usque ad terminum predictum, Nichilominus teneantur solvere Curie predicta Centum marcha Argenti. Et predicta omnia et singula tam predicti homines de Acello et alii de prato et vysolis et dicti Capitaneus et Bajuli supradicti juraverunt, nomine Curie, super Sancta dei envangelia, tacto libro, atendere et atendi facere et non contra facere vel venire, sub obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum. De quibus omnibus tam dicti Capitaneus, nomine Curie, quam homines supra nominati, eorum nomine et aliorum dictorum locorum, pecierunt fieri plura instrumenta ejusdem tenoris, ita quod possint dictari, Corrigi, emendari et meliorari ad Consilium unius vel plurium peritorum, substantia in aliquo non mutata. Actum in loco supra nominato, in presencia Alberti enrici, domicelli de Jauserio, Bonifacii Andree, bajuli de mayronis et Archa, Petri desiderati de Sancto paulo et plurium aliorum diversorum locorum testium vocatorum et Rogatorum. Ego vero, Johannes ysoardi, notarius publicus ab illustrissimo domino Roberto bone memorie, dei gratia Rege Jerusalhem et Sicilie Comiteque provincie et forcalcarii, constitutus, mandato citeratorie mihi facto per magnificum et potentem virum dominum Philippum de Sangineto, Comitem Altimontis, Comitatuum provincie et forcalcarii senescallum, hoc instrumentum publicum de Cartulariis magistri Boveti ysoardi, notarii, condam patris mei, per eumdem dominum senescallum mihi collatis, prout in eisdem dictatum inveni, in mundum Redegi et signo meo solito instrumentorum signavi. Cujus quidem mandati citeratorie mihi facti sigilloque senescallie provincie sigillati tenor sequitur et est talis: Philippus de sangineto, Comes Altimontis, Comitatuum provincie et forcalcarii senescallus, Iohanni ysoardi, notario de Sancto Stephano Thenearum, salutem et dilectionem sinceram. quedam instrumemta, olim sumpta per Bovetum ysoardi, patrem tuum, dum viveret, quorum note in Cartulariis ejusdem esse dicuntur, de certis pactis et conventionibus initis inter nobilem Guillelmum de vaumilio, Capitaneum et ductorem excercitus ingredientis tunc temporis in vallem de mayrana, et certos alios, ex parte una, et non nullos homines Castrorum de Acello, de vysolis et de prato et aliorum quorum-

Digitized by Google

dam Castrorum de mayrana, Curie plurimum necessaria, presencialiter habere volentes, tibi, presencium serie qua fungimur auctoritate, mandamus quatenus, statim Receptis presentibus dicta instrumenta in Cartulariis dicti condam patris tui, que penes te custodiuntur, diligenter perquirens, ipsa in mundum Redigere, et exinde nobis infallibiliter transmittere, omni cessante morositate, procures. Datum Avinione, per virum nobilem dominum franciscum de barba, iuris civilis professorem majorem et secundarum Appellationum iudicem Comitatuum predictorum, anno domini millesimo CCCXL sexto, die XXIIII° iullii, XIIII° indictionis.

*Extrait des Archives départementales des Bouches-du-Rhône. — Fonds de la Cour des Comptes.* - B. 444.

*Ancienne cote*: - *Armoire Q.* - *Premier carré.* - B. 13.

## N° XVII.

***Il marchese Manfredo IV di Saluzzo concede ai Droneresi in premio della loro fedeltà e valore nell'assedio sostenuto contro le truppe del re Roberto nuove grazie e privilegi, e fa loro cessione della terza parte dei boschi situati tanto nelle regioni Siria e valle Luperia che in quelle di Olivengo e Plozascho.***

1315, 19 *febbraio e* 6 *marzo.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno ejusdem millesimo CCCXV° indictione X$^{a}$ die martis decima nona mensis februari. Cum equitas exigat et suadeat malos penis affici et bonos dignis premiis perdotari. Vir magnificus et illustris dominus Manfredus Marchio Saluciarum considerans puritatem fidelitatem et legalitatem ac etiam probitatem hominum et personarum comunis et universitatis Dragonerii quam prestiterunt et habuerunt erga ipsum Dominum Marchionem, et insuper quod viriliter et potenter sustinuerunt impetus obsidiones et machinas

Digitized by Google

inimicorum ipsius domini Marchionis per longum tempus in honorem et servitium ac profictum ipsius domini Marchionis....... et quod pro ipsius domini Marchionis honore spectaverunt sustinuerunt et receperunt ab ipsius domini adversariis incendia damna et vasta multa tam in diructione domorum quam in bladis pratis vineis et nemoribus et personis et rebus ipsorum non verentes ipsa pati propter honorem et amorem predicti eorum dni dni Marchionis, sed perseveranter agentes qui predicti domini augerent commoda et honorem et res ut predotatio presens ipsorum hominum communis et universitatis Dragonerii sit ceteris bonis et fidelibus in exemplar et tam ipsi homines Dragonerii quam eorum heredes hujus perdotationis memoriam semper habentes, inviteutur et magis solliciti sint et attenti ad ea omnia et singula peragenda in perpetuum que predicti dni Marchionis et heredum ipsius respiciant commoda et honores, et in retributionem et recompensationem damnorum, incendiorum, et vastorum ipsis hominibus Dragonerii datorum et illatorum per adversarios predicti dni Marchionis, ipse dnus Marchio gratiose et benevole ac proprio motu suo dedit et fecit et concessit et donavit infrascriptis consiliariis communis Dragonerii pro se ipsis et nomine et vice comunis universitatis hominum et personarum singularium Dragonerii habitantium in Dragonerio et qui de cetero habitabunt ibidem, recipientibus nec non mihi Vulielmo Laurentio notario infrascripto tamquam publice persone dicti comunis universitatis hominum et personarum Dragonerii ibi habitantium et qui ibi de cetero habitabunt recipienti dona, gratias, retributiones, libertates immunitates remissiones absolutiones franchisias que inferius describuntur et prout inferius describuntur. Primo quidem predictus dnus Marchio supradictis occasionibus dedit tradidit et concessit predictis consiliariis et mihi notario predicto nominibus supradictis recipientibus suam tertiam partem que sibi competebat et competere poterat de terris seu nemoribus communibus Syrie et vallis Loverie ratione segnorie vel alia quacumque de causa dans tradens et concedens dictam suam tertiam partem dictorum nemorum Syrie et vallis Loverie predictis hominibus universitati et communi Dragonerii tali quidem modo quod ipsa nemora dicti homines et persone Dragonerii licite et libere prout eis placuerit et voluerint ad eorum liberum arbitrium possint dicta nemora comunia inter se dividere et divisiones prout voluerint facere sine eo quod tertiam partem dare vel dimittere teneantur dicto domino Marchioni vel aliis pro eo Hoc tamen salvo, dicto et acto specialiter inter ipsum dnum Mar-

chionem ex una parte et predictos consiliarios nominibus supradictis ex alia parte, in principio medio et fine hujus actus quod de predictis nemoribus Syrie et vallis Loverie detur attribuatur et designetur ex una parte ipsi dno Marchioni occasione caseandi in castro Dragonerii et faciendi lignamina et ligna necessaria in Dragonerio dicto dno Marchioni et ejus heredibus, et castro Dragonerii in futurum, tantum quantum et talem partem de dictis nemoribus quantam et qualem darent et attribuerent et designabunt dnus Dragonus abbas Sancti Constantii dnus Ruffinus de Brayda, dnus Mulazanus de Salutiis, dnus Facius de Arpeasco, Thadeus Boverius et Remondinus Grossa, seu major pars ipsorum seu qui ad predicta facienda fuerunt specialiter electi per dictum dnum Marchionem ex una parte et per dictos consiliarios nomine dicti Communis ex altera parte, et hec pars seu quantitas dictorum nemorum si designata fuerit per predictos sit et esse debeat dicti dni Marchionis. Totum vero residuum dictorum nemorum sit et esse debeat predicti Communis et omnium hominum Dragonerii dividendum inter ipsos homines Dragonerii a festo beati Joannis Baptiste proximo in antea quandocumque voluerint et de ipsorum processerit voluntate salvo et et reservato ipsi dno Marchioni in dictis nemoribus mero et mixto imperio contitu dominio segnoria regalibus et jurisdictione ut ante habebat et pro ut habet et habere debet in aliis possessionibus hominum Dragonerii, concessione vel remissione predicta non obstante, attamen ipsum residuum dictorum nemorum habeant homines predicti Dragonerii ita liberum et francum, ut habent alias suas possessiones que sunt in posse et territorio Dragonerii. Item occasionibus supradictis dictus dnus Marchio dedit concessit cessit transtulit et mandavit predictis consiliariis et mihi predicto notario nominibus antedictis recipientibus totam curariam quam homines et persone Dragonerii consueverunt solvere et dare ipsi domino marchioni vel ejus nunciis in Dragonerio emendo et vendendo granum et blavam et quamlibet aliam mercantiam vel res in dragonerio et ipsam curariam totam et qualiscumque sit remisit ipsi communi et hominibus dragonerii et absolvit ex nunc in perpetuum ita et taliter quod homines dragonerii et qui pro temporibus ibi habitabunt non debeant in antea ullam curariam solvere vel dare ipsi dno Marchioni vel alteri persone pro eo causa alicujus rei vel mercantie vendite vel empte vel date vel permutate vel aliter alienate nec ad curariam aliquam persolvendam in Dragonerio compelli possint in antea ullo modo. Item predictus dnus Marchio supradictis occasionibus



Digitized by Google

dedit cessit et concessit et remisit et absolvit predictis consiliariis et mihi notario nominibus antedictis recipientibus totum pedagium quod homines de Dragonerio solvere solebant in terra et per terram ipsius domini Marchionis et in Marchionatu Salutiarum pro personis mercantiis vel rebus suis. Dans ut supra cedens et concedens ipsis hominibus et personis singulis de Dragonerio et habitantibus ibidem et qui de cetero in Dragonerio habitabunt gratiam immunitatem et libertatem quod in antea in perpetuum non debeant nec teneantur nec compelli possint dare vel solvere aliquod pedagium in terra ipsius dni Marchionis quam nunc habet vel quam contingerit ipsum et ejus heredes aquirere in futurum pro aliquibus personis bestiis vel mercandiis vel rebus quibuscumque suis sed de dicto pedagio dando vel solvendo ipsi dno Marchioni vel nunciis ejus sint ipsi homines Dragonerii et habitantes in Dragonerio ac habitaturi per se et heredes eorum in perpetuum liberi et exempti. Item dictus dnus Marchio dictis de causis dedit cessit concessit remisit et absolvit predictis consiliariis et mihi notario supradictis nominibus recipientibus linguas bovinas et servitutem linguarum bovinarum quas macellarii Dragonerii dare solebant dicto domino Marchioni de bobus quos occidebant et ex quibus bobus bechariam faciebant ita et taliter quod a modo in antea homines vel persone Dragonerii aut qui habitant vel habitabunt in antea in Dragonerio non debeant dare nec ad dandum aliquas linguas bovinas compelli possint per ipsum dominum marchionem vel nuncios suos pro aliquibus bobus vel bestiis quos vel quas occiderint in Dragonerio tam in macellis quam extra macellos sed a prestatione et datione et servitute linguarum bovinarum predictarum sint ex nunc in antea immunes liberi et absoluti. Hoc tamen dicto et acto inter jam dictas partes in presenti tractatu quod macellarii Dragonerii videlicet qui nunc sunt teneantur et debeant pro hac remissione dare dno Marchioni predicto in pecunia tantum quantum dicent et declarabunt dnus Abas Santi Costantii et dnus Rufinus de Brayda supradicti. Quo dato et soluto sint in antea de datione et prestatione ipsarum linguarum bovinarum liberi et immunes. Item supradictus dnus Marchio supradictis occasionibus dedit cessit concessit transtulit remisit et absolvit predictis consiliariis et mihi notario supradicto nominibus supradictis recipientibus censum seu fodrum de libris centum sexaginta astensibus quas commune et homines Dragonerii solvere debent et tenentur annuatim ipsi domino Marchioni occasione franchisie et libertatis et immunitatis quam fecit et concessit ipse dominus

Digitized by Google

marchio universitati et hominibus Dragonerii pro tertiis venditionibus successionibus acconzamentis fictis et aliis servitutibus et causis contentis in istrumento dicte franchisie et libertatis facto per me Vullielmum laurentium notarium anno dni millesimo CCCXII indictione X[a] die XIIII mensis madii. Quem censum seu fodrum predictum de libris CLX astensibus remisit et absolvit ipse dnus Marchio predictis hominibus et communi Dragonerii usque ad tres annos proxime completos ita quod in iis tribus annis proxime venturis predictum commune et homines Dragonerii ipsum censum solvere non debeant nec solvere compellantur sed eis quantum ascendit pro dictis tribus annis lucro cedat. Preterea ipse dnus Marchio ad perennem memoriam premissorum et ut homines Dragonerii magis invitentur ad benefaciendum et magis ferveant in amore ipsius dni Marchionis et heredum ipsius dedit concessit cessit et remisit dictis consiliariis et mihi supradicto notario antedictis nominibus recipientibus libras sexaginta predictas de dicto censu qui est librarum centum sexaginta astensium ut predictum est. Quas libras sexaginta ipsis hominibus et comuni dragonerii remisit ipse dnus Marchio in perpetuum ita et taliter quod dicti homines commune vel universitas Dragonerii de predictis libris sexaginta astensibus dicti census quas annuatim eidem dno Marchioni solvere tenebantur in predictis tribus annis elapsis numquam prestare vel solvere teneantur sed de ipsis libris sexaginta astensibus et a prestatione ipsarum ex nunc in perpetuum sint absoluti liberi et immunes et nullo modo ad ipsas libras sexaginta persolvendum dicto domino Marchioni vel alicui pro eo solvere cogi possint sed elapsis dictis tribus annis predictum commune et homines dragonerii pro predicto censu seu fodro ipsi dno Marchioni et ejus heredibus annuatim solvere debeant et teneantur libras centum astenses et non ultra causa dicti census et quod residuum dicti census scilicet librarum sexaginta astensium ut premittitur remisit eis in perpetuum de gratia speciali. Dans cedens transferens et mandans ipse dnus Marchio occasionibus supradictis predictis et infrascriptis consiliariis eorum nominibus et nomine et vice communis hominum universitatis et singularium personarum Dragonerii ibi habitantium et qui ibi de cetero habitabunt et mihi notario infrascripto et suprascripto predictorum nomine et omnium quorum interesse posset recipientibus omnia jura omnesque actiones reales et personales utiles et directas que ipsi dno competebant vel competere poterant vel etiam petere vel exigere in rebus prenominatis sicut et eo modo quo superius describitur

Digitized by Google

scilicet in petitione sue tertie partis Syrie et vallis Loverie nemorum. Item in petitione et exactione supradicte curarie. Item in petitione et exactione predicti pedagii Item in petitione et exactione linguarum bovinarum predictarum. Item in petitione et exactione totius dicti census usque ad tres annos maxime completos et in exactione et petitione dictarum librarum sexaginta causa dicti census a tribus annis predictis in antea in perpetuum salvo sibi mero et misto imperio dominio contitu segnoria regaliis jurisdictione suis pro ut superius est descriptum tam in dictis nemoribus quam in hominibus Dragonerii et aliis supra dictis. Faciens dictus dominus marchio ipsis consiliariis et mihi notario dictis nominibus recipientibus de predictis omnibus et singulis pro ut superius scripta sunt per se et heredes suos pacem finem redemptionem liberationem absolutionem et pactum remissorium liberatorium et absolutorium et de amplius non petendo dictis occasionibus et omni modo jure et causa quibus melius potuit promittens dictis consiliariis et mihi predicto notario dictis nominibus recipientibus et stipulantibus pro se ipsis et eorum heredes predictas gratias donationes cessiones concessiones remissiones absolutiones et pacta et omnia et singula suprascripta pro ut superius describitur ratas et firmas et rata et firma et inviolabiliter habere tenere attendere et observare per se suosque heredes rata firmaque haberi et teneri facere perpetuo et nunquam in aliquo contrafacere vel venire nec contrafacere volenti consentire aliqua causa vel ingenio de jure vel de facto sub dampnis et expensis ac interesse litis et extra restitutione. Renuntians idem dnus Marchio in omnibus et singulis supradictis exceptioni doli mali condictioni sine causa et ex injuxta causa in factum actioni et juri dicendi vel opponendi predicta non rite facta fuisse vel esse vel stare non debere et auxilio juris impetrandi restitutionem pro predictis et omni legi et juri tam canonico quam civili per quod posset contra predicta aut aliqua predictorum fieri vel veniri. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis ipse dominus Marchio obligavit dictis consiliariis et mihi notario nominibus supradictis recipientibus pignori omnia et singula sua bona Nomina vero consiliariorum Dragonerii qui ad predicta fuerunt sunt hec Dominus Facius de Arpeasco Thadeus Boverius Raimondinus Grossa Alexander Bigotus Arditio Bigotus Jacobus Terra Philippus Oliverius Brunetus Candea Raimondinus Simeonus Johannes de Oberto Jordanus Boverius Facius Grossa Jacobus de Valoxio Vullielmus Garnerius Petrus Candea Jacobus Martor Petrinus de Valloxio

Digitized by Google

Magnetus Martor Jacobus de Gros Martor Magnetus Oliverius Johannes Boverius Vullielmotus Bovetus Vullielmus de Ruffino Peyretus Thebaldus Facionus Candea Antonius Ferrerius et Henricus Don Martini Oliverii. Actum fuit in Dragonerio in Ecclesia beatorum Andree et Pontii presentibus venerabili viro dno Dragone de Costiglioliis Abate Sancti Constantii domini Ruffino de Brayda dominis Manfredo de Ternavasio Henrico Rogerio et Thoma Poncerio notario de Valfeneria testibus ad hec specialiter adhibitis vocatis et rogatis. Et ego Gullielmus Laurentius de Carmagnolia imperiali auctoritate notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

6 *marzo* 1315.

Anno domini millesimo CCCXV° indictione Xª die sexto mensis Marcii. Constituti Thadeus Boverius et Jacobus Martor de Dragonerio Ambassadores communitatis et hominum Dragonerii in presentia illustris et magnifici viri domini Manfredi marchionis Saluciarum nomine ac vice predicti communis universitatis et hominum Dragonerii supplicaverunt eidem domino Marchioni quatenus sicut gratiam et remissionem fecit communi et hominibus Dragonerii de sua tertia parte que sibi competebat in nemoribus Syrie et vallis Loverie reservata sibi tantummodo tanta parte et quantitate de dictis nemoribus quantam dixerint et designaverint dominus Abas Sancti Constantii Rufinus de Brayda Mulazanus de Salutiis facius de Arpeasco Thadeus boverius et Raimundinus Grossa prout continetur in instrumento inde per me notarium subscriptum facto hoc eodem anno et indictione die XIX mensis februarii et ut dignetur et velit eisdem causis que in predicto continentur instrumento facere remissionem absolutionem gratiam et concessionem dicto communi universitati hominibus et singularibus personis de Dragonerio scilicet de sua tertia parte nemorum plozaschi olivenghi et omnium aliorum nemorum communium sitorum in posse Dragonerii tam in plano quam in montibus. Quorum Ambassadorum idem dominus Marchio suplicationibus inclinatus non immemor servitiorum sibi collatorum per homines Dragonerii ac etiam ponderum et gravaminum que ab adversariis receperunt non est dici. et ut premiis et retributionibus ipsis hominibus Dragonerii per ipsum dominum Marchionem gratiose collatis magis incalescant et ferveant ipsi homines Dragonerii et heredes eorum ad singula obsequia et

Digitized by Google

honores dicti domini Marchionis heredumque suorum eodemque modo et causis ut continetur in jam dicto instrumento remissionis et gratiarum factarum per ipsum dominum Marchionem dicto communi et universitati et hominibus Dragonerii predictis ipse dominus Marchio benigne et gratiose fecit predictis Thadeo et Jacobo Ambassatoribus et mihi notario predicto ut publice persone recipientibus nomine et vice communis universitatis hominum et singularium personarum Dragonerii ibique habitantium et que de cetero habitabunt ibidem remissionem absolutionem dationem et concessionem de tertia parte ipsi domino Marchioni contingente seu que sibi contingere aut pertinere poterat in nemoribus comunibus Dragonerii videlicet in nemoribus plozaschi et ulivenghi et omnium et singulorum nemorum communium sitorum in posse et territorio Dragonerii tam in montibus quam in plano. Dans et concedens ipse dominus Marchio ipsis hominibus Dragonerii quod dicta nemora communia ubicumque et qualiacumque sint ipsi homines Dragonerii possint dividere et assortare et de ipsis facere ad eorum liberam voluntatem a festo sancti Joannis Baptiste proximo in antea quamlocumque absque eo quod ipse dominus Marchio vel alius ab eo possit ex ipsis nemoribus petere vel capere seu exigere dictam tertiam partem vel jus aliquod pro divisione seu assortatione dictorum nemorum vel aliqua ratione vel causa. Salvis et reservatis sibi que inferius declarantur videlicet acto et retento sibi ipsi domino Marchioni et heredibus suis in principio hujus contractus medio et fine acto et expresso dicto quod de dictis nemoribus possit et debeat ipse dominus marchio habere retinere capere et exigere talem et tantam partem et quantitatem qualem quantam et quotam de eis definiverint et sibi attribuerint tres homines quos ipse dominus pro se voluerit eligere et tres quos Commune Dragonerii pro se voluerit eligere vel maior pars ipsorum et illa talis pars et quantitas quam dixerint dicti sex vel major pars ipsorum de dictis nemoribus communibus sit et esse debeat ipsius domini Marchionis et heredum ejus totum vero residuum predictorum nemorum sit et esse debeat dicti Communis et hominum Dragonerii ita liberum, et francum ut sunt alie possessiones hominum Dragonerii. Salvis etiam et exceptatis omnibus concessionibus seu investituris factis actenus de aliquibus communibus Dragonerii aliquibus singularibus personis per bone memorie quondam dominum Thomam marchionem Salutiarum aut per ipsum dominum Manfredum marchionem Salutiarum seu per aliquos nuncios alicujus eorum et specialiter salva et exceptata concessione seu investitura facta Henrico Ro-

Digitized by Google

gerio et Manfredo Rogerio quondam fratri suo de certa quantitate communium in posse Dragonerii. Salvo insuper et reservato ipsi domino marchioni et ejus heredibus mero et misto imperio contitu dominio segnoria regaliis et jurisdictione in predictis nemoribus communibus prout in aliis possessionibus hominum Dragonerii habet et habere debet, remissione vel concessione predicta non obsante. Renuntians ipse dominus marchio in omnibus supradictis exceptioni doli mali condictioni sine causa et ex injuxta causa actioni in factum et omni legi et juri per quod posset contra predicta vel aliqua predictorum fieri vel veniri quam remissionem absolutionem et concessionem omnia et singula supradicta rata et firma habere tenere attendere et observare et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio de jure vel de facto promixit ipse dominus marchio predictis ambaxatoribus et mihi notario supradicto stipulantibus nomine et vice dicti communis et universitatis ac hominum Dragonerii sub dampno et expensa ac interesse litis et extra restitutione et sub obligatione omnium suorum bonorum que proinde predictis ambaxatoribus et mihi notario ut supra recipientibus pignori obligavit. Actum fuit in castro inferiori Salutiarum presentibus illustri viro domino Georgio de Salutiis domino Rufino de Brayda domino henrico Rogerio et Ameoto de Anna de Dragonerio notario testibus ad hec specialiter adibitis vocatis et rogatis. Et ego Gullielmus Laurentius de Carmagnolia imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi.

*Dall'originale in pergamena dell'Archivio della città di Dronero. Pergamene, vol.* I, *num.* 4.

## N° XVIII.

### *Francesco Giuliano, giudice e vicario dei marchesi del Carretto, manda ai castellani e rettori delle loro terre di non molestare gli uomini di Dronero pel pagamento dei pedaggi.*

. . . . 16 *giugno*.

Extractum cujusdam litere tenoris conscripte et sigillate ex sigillo domini francischi Juliani

Franciscus Julianus judex et vicarius egregiorum dominorum de careto universis castellanis et rectoribus locorum dominorum predictorum salutem et omne bonum . visis rationibus hominum et comunitatis dragonerii super facti pedagiorum hominum dragonerii et comunitatis consulimus et mandamus quod ipsos de pedagio non apelletis vel pignoratis ab eisdem aliquid ipsa causa vel aliqualiter perturbetis eosdem

datum saluciis die XVI Junio

*Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 3.

N° XIX.

***Rufino di Brayda, podestà di Dronero e della valle di Maira, dietro richiesta della Comunità di Dronero, manda al notaio Bertoloto Crescenti di autenticare alcuni istromenti, nei quali è compreso il precedente, per uso della medesima.***

1323, 8 *giugno.*

Anno domini MCCCXXIII indictione VI die VIII intrante mensis junii Dragoneri loco juridico presentibus facio Velloxio magneto oliverio bonino requecia francisco juxiane et bertolino barberio ad hec testibus vocatis et rogatis dnus Ruffinus de Brayda potestas dragoneri et mayrane precepit bertoloto crescenti sive de bertolotis notario quot autenticaret et forma publici instrumenti redigeret quedam publica instrumenta superius denotata ad instanciam Jōr. Boverii nomine comunis et universitatis dragonerii

*Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 3.

Digitized by Google

## Nº XX.

*Faciono Candea, sindaco di Dronero, presenta lettere del marchese Manfredo di Saluzzo con cui mandasi all'Enrico della Torre podestà di Dronero e della valle di Maira e suoi successori di fare osservare i regolamenti riguardo ai notai e prescrive alcune norme circa i medesimi.*

1327, 10 *e* 8 *agosto.*

Anno domini Millesimo CCCXXVII Indictione X die X mensis augusti in dragonerio super solario domus comunis dragonerii Presentibus villielmoto stralla martino boverio et Jacobo terra de dragoneriis. Testibus vocatis et rogatis . facionus Candea de dragoneriis sindicus ut dicitur comunis et comunancie dragoneri et totius universitatis loci ejusdem. Ex parte Illustris et Magnifici viri domini Mayfredi marchionis saluciarum obtulit presentavit atque dedit domino frederico de ponzono tenenti locum ut dicitur. Nobilis viri domini henrici de turre potestatis dragonerii et mayrane quasdam literas Roboratas sigillo cereo impresso in cerea Rubea cuius sigilli talis erat Intestatio . sigillum Mayfredi Marchionis Saluciarum. Quarum literarum tenor talis est. Mayfredus marchio saluciarum dilecto nostro henrico de turre potestati dragoneri et mayrane nec non et aliis futuris Rectoribus qui pro temporibus ibi erunt cum dilectione salutem. Venerunt ad nos Brunetus de Arpeasco magnetus oliverius et Brunetus de faciono candea ex parte comunis Nos requirentes de infrascriptis videlicet quod pacta facta cum comuni dragoneri pro notariis et clavariis nostris dragonerii vellimus facere observari. super quibus habita examinacione super instrumento pactorum compellatis ipsos notarios et clavarios ad observandum inte integraliter dicta pacta prout ipsorum pactorum continetur instrumentis declarantes quod in judicaturis que solvuntur in dragonerio causa condampnationum seu absolutionum ipsi notarii pro se ipsis nihil capere debent

Digitized by Google

Pro consciliaturis vero judicis debet capi de libra una solidus unus de tali moneta qualis erit condempnatos. Inde facta similiter declarantes quod de illis absolucionibus que fient conscilio nostri Judicis super acussis seu denunciacionibus vel inquisitionibus contra quibus nihil Requiritur contra inculpatus ubi non fiat deffensio per inculpatum sit aliter absolvatur nihil culpe invente contra ipsum. Et nulla alia defensione inde facta Nihil pro consciliaturis si secus sequatur absolutio consueto nomine solvatur. Unus observare debeatis in antea sicut superius continetur. Datum Saluciis Anno domini Millesimo CCCXXVII indictione X die VII Augusti Redatis literas presentati Requirens ipse facionus dictum dominum fredericum ex parte dicti domini marchionis quatenus adimpleat et adimplere procuret ea que in dictis literis continentur Et de predictis jubxum fuit mihi bruneto candee notario infrascripto fieri unum et plura publica instrumenta conscilio sapientis vel plurium cuilibet volenti et petenti si fuerit oportunum Quibus omnibus et singulis in hoc presenti contractu contentis dictus dominus fredericus suam interposuit autoritatem et decretum

Et ego brunetus candea imperiali auctoritate notarius hanc cartam scripsi.

*Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 3.

## N° XXI.

### *Federico, primogenito del marchese Manfredo IV di Saluzzo, concede nuove grazie, privilegi ed esenzioni alla Comunità di Dronero in ricompensa dell'aiuto prestatogli da' suoi abitanti a rendersi padrone di quella piazza.*

1329, 28 *gennaio.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. anno ab incarnatione ejusdem Domini nostri Jesu Christi currente millesimo CCCXXIX° indictione XII.ª die vigesimo mensis junii, Dragonerii

Digitized by Google

loco juris, praesentibus testibus notariis infrascriptis. Nobilis vir atque prudens Dominus Jacobus de Costeglolis potestas Dragonerii et Mayrane pro illustri ac magnifico domino domino Frederico de Salutiis ad instantiam mei Iacobi Bruni notarii infrascripti, volentis et cupientis ad multorum comodum et mei maxime penes me hoc instrumentum publicum retinere, precepit mihi prefato nomine ut exemplarer et transferrem atque in hanc publicam formam redigerem cartam seu autenticum infrascripte liberalitatis ac franchisie concesse ac date hominibus et universitati et comunantiis Dragonerii per prelibatum dominum Fredericum ut et mihi et aliis, quibus fieret opus et quandocumque et quotiescumque possit cedere ad commodum et profectum. Tenor cujus instrumenti franchisie jam predicte noscitur esse talis.

Anno Domini millesimo CCCXXIX° Indictione XII.ª die XXVIII.ª mensis januarii in Dragonerio super solarium domus comunis, praesentibus dominis Antonio et Jofredo de Venasca, Oberto de Trenavasio, Durando de Baudexonis et Johanne de Costeglolis filio condam domini Conradini et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Quia ea quae fiunt scriptura memorie commendantur ut per ipsam scripturam quod actum est facilius possit comprobari idcirco per hujus instrumenti seriem cunctis appareat evidenter, quod illustris magnificus et potens vir dominus Fredericus de Salutiis dominus Dragonerii et suarum Communantiarum attendens et considerans fidelitatem et devotionem quam homines Dragonerii et dictarum Communantiarum habent erga ipsum et hactenus habuerunt erga predecessores suos, attendens etiam servitia per eos sibi impensa in habendo dominium dicte terre, et remunerationem fidelitatis predicte et predictorum servitiorum sibi impensorum per predictos homines gratis et spontanea liberalitate motus eisdem hominibus ac Bruneto de Arpeasco et Bertoloto de Bertolotis sindicis comunis et universitatis dicti loci, et dictarum Communantiarum ut de dicto sindicatu patet inst° publico facto manu Johannini Laurentii notarii sub millesimo CCCXXVIII.° indictione XI.ª die ultima januarii, etc.; nec non mihi phylippo de paucapalea notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine dicti comunis et singularum personarum ipsius et omnium quorum interest et interesse possit. Infrascriptas liberalitates, immunitates, gratias et franchisias per se et heredes suos et successores dedit, concessit contulit atque fecit predicto communi et singularibus personis ipsius et omnibus habitantibus, et qui in futurum habitabunt vel habitare voluerint in predicto loco dragonerii, et locis

Digitized by Google

sibi subditis et communantiis ipsarum quae franchisie et liberalitates, immunitates, concessiones et gratie per ipsum et successores et heredes suos eis concesse inferius describuntur.

Primo — Quod omnes homines Dragonerii et Communantiarum ipsius qui nunc sunt vel in futurum habitabunt et Comune predictum de ficto et censu centum librarum Astensium, quod Comune predictum et homines ipsius consuetum erat dare et solvere annuatim Domino Marchioni Saluciarum in festo S. Thome, quod de dicto ficto et censu sint absoluti franchi et liberi in perpetuum, et nullo tempore per se vel per heredes suos predictum Comune vel homines ipsius inquietare vel molestare vel aliquid ab eisdem esigere occasione predicta; de quo ficto seu censu est inst$^{um}$ factum per Guillielmum Laurenti de Carmagnolia notarium sub anno domini millesimo CCCXII indictione X$^{a}$ die XIIII$^{o}$ mensis madii etc.; quod concessum est per predictum dnum Federicum Item quod homines predicti loci Dragonerii et Communantiarum predictarum ab omni pedagio gabella et aliqua malatota et curaria, scopello, pascagio, ramagio et paysso et ab omni breveto et scriptura que fit pro aliquibus victualibus, vel merchandiis extrahendis de aliqua terra vel solutione ipsarum sint immunes liberi et franchi in perpetuum per totam terram suam, quam ad presens tenet vel tenebit, vel adquirere poterit deo dante in futurum, quod concessum est per predictum Dominum Fredericum Item quod ipsi possint eligere tres homines de terra ipsius domini Frederici pro potestate vel vicario, vel rectore Dragonerii et communantiarum dicti loci, et unum ex tribus quem ipsi elegerint vel nominaverint in potestatem vel Vicarium vel rectorem, dictus Dominus Fredericus teneatur et debeat dare et concedere eisdem in potestatem vel Vicarium vel rectorem, et si aliter fuerit ordinatum quod ille potestas vel vicarius seu rector non possit exercere officium in Dragonerio et Communantiis ipsorum et si exercuerit non valeat. Quod concessum est per predictum Dominum Fredericum. Item quod omnes homines Dragonerii et Communantiarum ipsarum ab omni salario, quod judex et notarii consueti sunt habere in Dragonerio et Comunantia pro judicaturis, pro causis criminalibus accusis vel denunciationibus vel inquisitionibus absolvendo vel condemnando sint liberi et franchi in perpetuum, ita quod de cetero nihil teneantur solvere pro dictis judicaturis judicibus et notariis supradictis, vel aliquid ab eis possit exigere. Quod concessum est per predictum Dominum Fredericum. Item quod omnes homines Dragonerii et comunantiarum ipsius non teneantur dare linguas bovinas predicto domino Fre-

Digitized by Google

derico vel ejus heredibus vel nunciis suis seu rectoribus sed in perpetuo sint franchi et liberi a prestatione ipsarum. Quod concessum est per predictum Dominum Fredericum. Item quod omnes officiales qui pro tempore erunt in futurum vel constituentur per ipsum Dominum Fredericum vel per homines Dragonerii eligentur, sive sint Potestates vicarii vel rectores notarii clavarii vel aliud quodcumque officium exerceant iidem pro ipso domino Frederico vel ejus heredibus sint annales et officium aliquod ultra annum unum non possint iidem exercere, et si exercuerint non valeat aliquid quod per eos fuerit factum, sed ipse Dominus Fredericus alios novos teneatur et debeat ponere ad electionem predictorum de Dragonerio in quibus habent jus eligendi finito officio uniuscujusque officialis sui. Et qui uno anno exercuerit officium in dicto loco Dragonerii non possit de tribus annis subsequentibus constitui vel ordinari. Et si ibidem constitutus fuerit vel ordinatus ipso jure non valeat quidquid per ipsum vel ipsos fuerit factum. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Item quod Potestas vel Rectores vel notarii vel clavarii non possint constituere vel ordinare aliquem tutorem vel curatorem aliquibus minoribus nisi inde fuerint requisiti ab amicis vel parentibus ipsorum, vel ab habentibus juxtam causam contra ipsos minores. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Item quod omnia comunia et nemora comunia et pascua Dragonerii et comunantiarum predictarum sint et esse debeant comunis Dragonerii et ipsius comunantiarum libera et franca et de ipsis comunibus et nemoribus et pascuis comunibus faciat dictum comune ad suam omnimodam voluntatem dividendo distribuendo vendendo et alienando et quidquid placuerit eis faciendo sine consensu et voluntate dicti domini Frederici et ejus heredum. Quod concessum est per predictum dnum Fredericum. Item quod omnes persone Dragonerii et Communantiarum que retroactis temporibus emissent a domino Marchione Saluciarum vel ejus potestate vel clavario aliquid de redditibus et proventibus suis quod dicte emptiones sint firme et valide usque ad terminum dicte emptionis et nulla molestia vel controversia per ipsum dominum Fredericum vel ejus officiales inferatur eisdem. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Item quod omnis persona Dragonerii et Comunantiarum predictarum de omnibus bannis accusis denunciationibus inquisitionibus factis vel inceptis seu completis vel condampnatis contra eos usque ad presentem diem sint absoluti et quieti ita quod pretextu dictorum bannorum vel penarum inquisitionum vel accusarum usque

Digitized by Google

ad presentem diem non possint inquietari vel molestari vel aliquid ab eis exigi per ipsum dominum Fredericum vel ejus officiales nisi de homicidio, et si contrarium fieret quod nihil valeat. Quod concessum est per predictum Dominum Fredericum. Item quod homines Dragonerii et communantiarum seu consilium ipsius vel illi qui deputati fuerint per consilium Dragonerii possint in perpetuum capitulare et capitula et ordinamenta facere super facto notariorum Curie Dragonerii in solutionibus eisdem faciendis tam super inquisitionibus, accusis, denunciationibus et aliis scripturis tam civilibus quam criminalibus et aliis quibuscumque pertinentibus ad officium predictum vel quocumque modo fiant per ipsos, et ordinamenta et capitula que fient super predictis perpetuo dictus dominus Fredericus vel potestas ipsius teneatur et faciat attendi et observari per ipsos notarios et quemlibet ipsorum sub vinculo sacramenti corporaliter prestiti per ipsos notarios et quemlibet ipsorum et si aliquis notarius contrafaceret vel recusaret observare dicta capitula et ordinamenta sit ipso facto remotus ab officio suo. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Item quod potestas, vicarius vel Rector notarii et clavarii et omnes alii officiales drag. qui nunc sunt vel in futurum fuerint jurare debeant attendere et observare omnia in predicto ist° contenta in principio sui regiminis et antequam possint aliquod officium exercere. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Item quod omnes libertates immunitates concessiones et franchigias privilegia et consuetudines antiquas et bonos mores ipsorum donationes locationes venditiones bonorum factas per dominum Marchionem Saluciarum et predecessores ipsius communi Dragonerii et communantiis ipsorum habebit ratas et firmas et rata et firma: Et ex nunc prout ex tunc approbat ratificat et confirmat ita quod perpetua roboris firmitate valeant tam per se quam per successores suos. Quod concessum est per predictum dominum Fredericum. Quas quidem franchisias, libertates, immunitates, gratias et privilegia factas predicto Comuni Dragonerii et Comunantiarum predictus Dominus Fredericus ex pacto solemni stipulatione vallato promisit tam predictis syndicis quam mihi notario memorato stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicti Comunis et comunantiarum et singularum personarum ipsius et omnium quorum interest intererit vel interesse possit habere et tenere perpetuo ratas et firmas per se et heredes et successores suos et nullo tempore contradicere vel venire de jure vel de facto re verbo vel opera per se vel per interpositam personam; Et nihilominus predictus Dominus Frede-

Digitized by Google

ricus ex pacto supradicto promisit et predictis sindicis et mihi jam dicto notario stipulanti ut supra omnia et singula supradicta cum fuerit sui juris approbare ratificare et confirmare sub obligatione omnium suorum bonorum et cum restitutione dampnorum et expensarum et interesse litis et extra. Et ut predicta omnia et singula majori polleant firmitate ad sancta Dei evangelia corporaliter manibus tactis scripturis juravit attendere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel per heredes vel per officiales suos sub obligatione qua supra; et renuntiavit exceptioni doli et in factum condictioni sine causa vel ex injusta causa et quod non possit dicere vel allegare quod omnia predicta fecerit vel concesserit propter fidelitatem hominum predictorum et servitia et beneficia per eos sibi impensa et generaliter omni juri civili et canonico quibus contra predicta aliqualiter venire posset etc. Et de predictis omnibus et singulis supradictis preceptum fuit mihi jam dicto notario fieri publicum instrumentum unum et plura si opus fuerit ad consilium sapientum unicuique volenti et petenti. Et ego Philippus de paucapalea imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, et hanc cartam vocatus et rogatus sic tradidi et scripsi.

Cui actui legitimo predictus dominus Jacobus potestas Dragonerii et mayrane, audito predicto authentico et diligenter cum infrascriptis notariis auscultato suam autoritatem interposuit et decretum, jubens eis ut signis suis roborent appositione propriorum nominum non obmissa.

Ego Bellinus de Moycia imperiali auctoritate notarius publicus hoc exemplum una cum infrascriptis notariis ad autenticum instrumentum manu dicti Philippi notarii coram dicto domino Potestate diligenter et fideliter auscultavi et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini potestatis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem in testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Et ego Jacobus de Anna publicus imperiali auctoritate notarius hoc exemplum una cum suprascripto et infrascriptis notariis ad autenticum instrumentum scriptum manu dicti philippi notarii coram ipso domino potestate diligenter ac fideliter auscultavi; et quia utrumque concordare inveni de ipsius domini potestatis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem in testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Et ego Durandus Morrus imperiali auctoritate notarius publicus hoc exemplum una cum suprascriptis et infrascriptis notariis ad autenticum instrumentum scriptum manu dicti Philippi notarii

Digitized by Google

coram ipso domino potestate diligenter ac fideliter auscultavi, et quia utrumque concors inveni de ipsius domini potestatis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem in testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Et ego Johannes Grossa imperiali auctoritate notarius publicus hoc exemplum pariter cum supraściptis et infrascripto notariis hoc ad autenticum instrumentum scriptum manu dicti Philippi notarii coram ipso domino potestate diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concors inveni de ipsius jam dicti domini potestatis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem in testimonium me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Et ego Jacobus brunus publicus imperiali, auctoritate notarius hoc exemplum ex autentico scripto manu jam dicti Philippi fideliter sumpsi, et postmodum in presentia predicti domini potestatis cum supradictis notariis diligenter cum ipso autentico auscultavi et quoniam reperi concors utrumque, de ipsius domini potestatis mandato ad ejusdem exempli plenam fidem in testimonium me subscripsi meum signum consuetum apponens. Actum Dragonerii loco juris dicto, presentibus testibus prescriptis, et multis aliis ad hec vocatis sub anno domini et indictione et die supra contentis.

*Dall'originale nell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 5.

## N° XXII.

### *Brunetto de Arpeascho, sindaco del Comune di Dronero, vende a nome dello stesso Comune al Pietro Bernardo una pezza di terra di giornate dieci pel prezzo di lire nove astesi dietro autorizzazione avuta dal Consiglio.*

1332, 23 *agosto* — 17 *febbraio.*

Anno domini millesimo CCCXXXII indictione XV.ª die XXIIII mensis augusti in dragonerio presentibus amedeo de anna et anselmoto bernardo testibus vocatis brunetus de arpeascho de

Digitized by Google

dragonerio sindicus et sindicatorio nomine comunis et universitatis dragonerii et comunantie dicti loci abendo bayliam a consilio generali dicti comunis pro ut de sindicatus constat publico instrumento scripto manu mey johannis boverii notarii infrascripti sub tenore infrascripto vendidit et tradidit jure proprio in perpetuum peroto bernardo presenti et recipienti pro se et suis heredibus omnem jus et omnem causam quam habet dictum comune in petia una terre jacente in finibus dragonerii loco dicto in mercello que petia terre est jornatarum X cui coherent heredes tadei boverii bertolotus de bertolotis et robaudus bernardus ad habendum tenendum et possidendum et quid quid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis pertinentiis ad ipsam rem modo aliquo vel cassu pertinentibus pretio librarum IX astensium minorum quod pretium fuit dictus sindicus confessus habuisse et recepisse a dicto hemptore in utilitate et comodo dicti comunis videlicet ad solvendum domino nichelino cambiano de savilliano pro denario quod comune predictum debet eidem domino nichelino. Renuntians exceptioni non habiti dicti precii et exceptioni doli mali et in factum et omni juri suo constituens se dictus sindicus nomine dicti hemptoris dictam rem venditam tenere et possidere donec ipsius rey possessionem aceperit corporalem quando voluerit ut acipiat quando de sua fuerit voluntate sine lite dicti sindici et cujuscumque promittens dictus sindicus sindicatorio nomine dicti communis et universitatis dicti loci ipsi peroto pro se et suis heredibus de dictis juribus litem vel contraversiam non infere nec inferenti consentire sed potius ipsa jura ab omni persona colegio et universitate legitime defendere et disbrigare sumtibus et expensis ipsius comunis cum refectione dampnorum expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione omnium bonorum dicti comunis. Tenor dicti sindicatus hic est: Anno domini Millesimo CCCXXXII indictione XV die XVII mensis februari in dragonerio super domo comunis ejusdem loci presentibus philipo paogno clavario et notario dicti loci johanne ferando et henrico mercatore decanis dragoneri et jacobo de melo testibus vocatis et rogatis. In pleno et generali consilio comunis dragoneri ad sonum campane de mandato nobilis viri domini henrici de costeglolis potestate dragoneri et mairane in domo comunis more solito congregato. In quo quidem consilio erant plures quam due partes ipsius consilii imo quasi omnes dicti consiliarii. Quorum consiliariorum nomina describuntur. primo matheus de costegloliis johannes vaschus ardicio de moytia mazuchinus sola

jacobus terra johannes boverius notarius amedeus de costegloliis amedeus de anna notarius bertolotus mercator martinus ayzardus jordanus de ruffino bertinus stralla minetus de ameza colinus Grossa iohannes morre jacobus juxiana jacobus mercator johannes de brayda et dazinus selvia. preffatus dominus potestas cum voluntate et consensu ipsorum consiliariorum et ipsi consiliarii cum auctoritate et decreto ipsius domini potestatis pro ut melius solempnius et efficacius potuerunt fecerunt constituerunt suos et comunis dragonerii sindicos actores et procuratores philipum juxianam et brunetum de arpeascho et quemlibet ipsorum presentem et recipientem ac vendendum omnia comunia dragonerii stimata per jacobum mercatorem petrum candeam quondam et petrum bigotum quondam vel que pro tempore fuerint stimata per discretos viros mazuchinum solam iohannem de elioto rostagnum juxianam iohannem boverium Amedeum de Anna notarium et jacobum mercatorem de dicto loco et jacobum Aizardum de rocha ad cartam et instrumentum venditionis faciendum emtoribus et instrumentum confessionis recepcionis precii. cum omnibus obligacionibus renunciacionibus solempnitatibus opportunis ad instrumentum venditionis solempniter faciendum. dantes et concedentes dictis suis sindicis et procuratoribus et cuilibet pro se plenam bayliam et generalem ac liberam potestatem in predictis et circha et omnibus dependentibus et necessariis ad premissa solempniter facienda et esechenda promitentes dictus dominus potestas cum voluntate ipsorum consiliariorum vel credendariorum et ipsi credendarii cum auctoritatem et decretum ipsius domini potestatis stipulanti solempni mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest seu interesse posset semper jussierunt grata ratta et firma habere et tenere omnia et singula que per ipsos sindicos et procuratores vel per eorum alterum acta seu gesta fuerint et nullo tempore contrafacere vel venire per se vel per alium sub refectione omnium dampnorum expensarum interesse et litis et extra-renunciantes excepcioni doli mali, metus et in factum condicionis sine causa ex injusta causa beneficio restitucionis in integrum et omni alii excepcioni privilegio atque juri tam canonico quam civilli per quod venire posset contra premissa vel aliquid premissorum. pro quibus omnibus atendendis et firmiter observandis predicti dominus potestas et consiliarii nomine quo supra omnia bona comunis dragoneri mihi notario stipulanti et recipienti ut supra obligaverunt pignori ypotechete et de predictis juxerunt mihi notario infrascripto fieri unum vel plura publica instrumenta

Digitized by Google

et de novo refici consilio unius vel plurium sapientum si fuerit oportunum

Et ego Johannes boverius notarius imperiali auctoritate hanc cartam scripsi

*Dall'originale nell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 6.

## N° XXIII.

*Giovanni de Canalibus, vicario generale di Guido vescovo di Torino, concede investitura dell'ospedale di Dronero al Guglielmo Theomondo di S. Damiano ed alla sua moglie Guglielmina, coll'incarico di reggere e mantenere il detto ospedale, ricoverarvi ed alimentarvi i poveri e gli ammalati secondo i mezzi del medesimo e corrispondere ogni anno al Vescovo una libbra di cera.*

1333, 5 *giugno.*

Carta hospitalis dragonerii

Anno quo supra (1333) die 5 junii in taurino in domo episcopali presentibus domino jordano plebano ecclesie monete de carmagnolia et johanne leveto de conbevianna testibus vocatis. Noverint universi presens instrumentum inspecturi quod venerandus vir dominus johannes de canalibus vicarius generalis Reverendi in X$^{to}$ patris domini G. dei gracia episcopi Taurinensis vice et nomine dicti domini episcopi videns et cognossens quod hospitale dragonerii per fratrem Guillelmum Theomondum de sancto Damiano poterit diligenter regi et gubernari eidem fratri Guillelmo presenti et recipienti pro se et Guillielmina uxore ejusdem in eorum vita tantum vice et nomine dicti domini episcopi dedit et contulit cum omnibus juribus ad ipsum hospitale

Digitized by Google

pertinentibus et ipsum fratrem Guillelmum recipientem vice et nomine suo et uxoris sue de cura et administratione dicti hospitalis cum quodam baculo investivit solvendo annuatim dicto domino episcopo pro ficto libram unam ceree in sancto martino. Promittens dictus frater Guillelmus dicto domino johanni et ad sancta dei evangelia jurans corporaliter tactis scripturis esse fidelis et obediens dicto domino episcopo bona et jura dicti hospitalis manutenere et augumentare et ipsa bona non vendere nec alienare absque consensu dicti domini episcopi pauperes et egrotos illuc confluentes tractare alimentare et recipere juxta ipsius hospitalis facultates ac in eodem hospitalitatem tenere et pro posse manutenere et predictum fictum solvere in taurino termino supradicto.

*Archivio arcivescovile di Torino. Protocoll., vol.* 5, *f.* 71.

## N° XXIV.

### *Federico di Saluzzo dà investitura al Tommaso di Montemale della metà del castello, villa e giurisdizione di Votignasco.*

1335, 3 *marzo.*

Copia instrumenti investiture certe partis Vautignaschi concesse per dominum fredericum thome de montemalo.

Anno domini mill° CCCXXXV indictione tertia die tertia mensis marcii. Presentibus dominis johanne zucha preposito taurinensi johanino de copis jurisperito Odono testa de silis et percivallo aycardo testibus vocatis. Illustris dominus fredericus de saluciis per se et suos heredes sicut melius potuit investivit solemniter thomam de montemallo stipulanti pro se et heredibus suis de medietate castri uille hominum fidelitatis finium et jurium vautignaschi cum mero et mixto imperio ac jurisdictione omnimoda cum uno ense quem in manu tenebat tamquam de feudo nobili antiquo avito et paterno sub eo modo jure et forma quibus ipse

thomas et predecessores sui alias investiti fuerunt ab illustri domino manfredo marchione saluciarum et predecessoribus suis salvo suo jure et cujuslibet alterius persone. Qui thomas habita super hoc licentia et precepto ab illustri predicto domino marchione per suas patentes literas fidelitatem et vassallatum fecit et juravit predicto domino frederico. Promittens et jurans ad sancta dei evangelia omnia et singula perpetuo facere adversus dictum dominum fredericum. Et post ipsum adversus dominum thomam ejus filium que in forma capitulorum fidelitatis nove et veteris continetur salva fidelitate dicti domini marchionis in vita sua in quantum spectaret ad ipsum pro propriis factis suis et inde jussum etc.

*Da copia del secolo* XVI *nei R. Archivi generali di Stato di Torino. March. di Saluzzo, categ.* 4ª, *mazzo* 9.

## Nº XXV.

### *Tommaso di Saluzzo quale figlio ed erede di Federico di Saluzzo conferma e giura le immunità, privilegi e franchigie del Comune ed uomini di Dronero, e questi gli prestano giuramento di fedeltà e sudditanza.*

1336, 5 *luglio*.

In nomine domini amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo trigesimo sexto indictione quarta die quinto mensis julii in ecclesia beatorum poncii et andree presentibus venerabili domino d. abate sancti constancii magnifico viro domino jacobino de saluciis marchione cravexane domino jacobo enganna domino manfredino de saluciis domino johanino de copis juris utriusque perito domino hugoneto enganna et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis. Quoniam ea que fiunt scriptura memorie comendantur ut per ipsam scripturam quod actum est possit facilius comprobari Idcirco tenore hujus publici instrumenti cunctis pateat

Digitized by Google

evidenter quod Illustris et magnificus vir dominus Thomas de saluciis filius heres et successor universalis inclite et felicis memorie illustrissimi domini domini frederici de saluciis in marchionatu saluciarum dominusque dragonerii et vallis mayrane attendens et considerans fidelitatem et devotionem quam homines dragonerii et suarum comunanciarum habent et habuerunt erga ipsum dominum thomam attendens eciam servicia per eos sibi et predecessoribus suis impensa ad remunerationem fidelitatis predicte et predictorum serviciorum predecessoribus suis et sibi impensorum per homines supradictos gratis et spontanea ac libera voluntate commotus eisdem hominibus et jacobo juxiane et magneto oliverio sindicis et procuratoribus comunis universitatis et hominum dicti loci dragonerii et comunanciarum suarum ut constat publico instrumento recepto per manificum juxianam notarium assertione ipsius notarii et sindicorum predictorum die tertio mensis julii instantis nec non mihi henrico richonelli notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dictorum comunis universitatis et hominum dragonerii et communanciarum et omnium et singularum personarum quarum interest et intererit in futurum aprobavit laudavit rathifficavit et confirmavit ac de novo concessit sicuti melius et validius fieri potuit omnes et singulas libertates franchisias immunitates concessiones privilegia bonas consuetudines antiquas et novas factas concessas et approbatas per illustres dominos dominos thomam et manfredum marchiones saluciarum et per inclite recordationis dominum fredericum de saluciis contentas et contenta in instrumento concessionis et rathifficationis dicti domini frederici facto per johannem de paucapalea notarium sub anno domini millesimo tercentesimo vigesimo nono indictione duodecima die vigesima octava januarii etc. et generaliter omnes et singulas alias libertates concessiones franchisias immunitates et bonas consuetudines factas et concessas hominibus et personis comunis et universitatis Dragonerii et communanciarum et approbatas per predictos dominos Thomam et manfredum marchiones ac felicis memorie dominum fredericum. Quas quidem franchisias concessiones libertates immunitates et bonas consuetudines factas concessas et approbatas hominibus et personis dragonerii et communanciarum presentibus et futuris per dominos supradictos promisit dictus dominus Thomas solempniter per se et suos heredes dictis jacobo juxiane et magneto oliverio sindicis et mihi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice comunis hominum et universitatis predicte

Digitized by Google

ac omnium et singulorum quorum interest et intererit in futurum gratas ratas et firmas perpetuo habere tenere observare et adimplere et numquam contrafacere vel venire de jure vel de facto dicto re verbo vel opere per se vel submissam personam nec contrafacienti vel contravenire volenti aliqualiter consentire aliqua ratione causa vel ingenio sed omnia et singula in hoc contractu contenta firma et rata perpetuo habere et tenere sub refectione omnium dampnorum expensarum et interesse litis et extra renuncians in predictis et circha exceptioni dictarum libertatum concessionum et immunitatum franchisiarum et bonarum consuetudinum non sic approbatarum et de novo concessarum exceptioni doli mali metus et in factum condicioni sine causa et ex injuxta causa et omni alii juri canonico consuetudidinario et civili per quod venire posset contra predicta vel aliquod predictorum ita quod in hac generali renunciacione quelibet renunciacio tam juris quam facti intelligatur inclusa ac si de verbo ad verbum in presenti contractu esset expressa et specificata. Ut autem predicta omnia et singula majore roboris polleant firmitate predictus dominus Thomas tactis scripturis corporaliter juravit ad sancta dei evangelia predicta omnia et singula vera esse ac ipsa perpetua attendere et observare pro quibus omnibus et singulis attendendis et firmius observandis predictus dominus Thomas obligavit dictis sindicis et mihi notario stipulanti ut supra omnia sua bona pignori et ypothece. hiis autem omnibus sic peractis predicti sindici nomine et vice comunis universitatis et hominum dragonerii et comunanciarum confitentes et asserentes se et dictos homines dragonerii et comunanciarum esse homines ligios predicti domini Thome et ipsum recognoscentes in dominum declaratis sibi capitulis fidelitatis nove et veteris forme fidelitatem et homagium fecerunt dicto domino Thome pro se et suis heredibus stipulantes et promittentes et jurantes ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis omnia et singula facere perpetuo adversus ipsum dominum thomam et ejus heredes que in forma capitulorum fidelitatis nova et veteri continentur et inde jussum fuit etc.

Ego vero Ludovicus Garini de dragonerio publicus imperiali auctoritate notarius premissum instrumentum olim receptum per henricum richonelli notarium ab ejus prothocollis et notis de mandato ac licentia illustris domini nostri domini marchionis saluciarum facta debita collatione de eodem instrumento cum originali prothocollo scripsi extraxi et levavi nil addito vel remoto nisi forte puncto litera vel sillaba que facti substantiam non

Digitized by Google

mutant hic me ideo subscripsi cum appositione signi mei consueti in fidem veritatis premissorum.

*Da pergamena dei R. Archivi generali di Stato a Torino. — Provincia di Cuneo, n° 3, mazzo 6 (Dronero).*

## N° XXVI.

*Raynaudo Ferraudi, vicebailo del luogo di Vinadio nella valle della Stura, e Bardo Calha di Valgrana, vice giudice, notaio e chiavario dello stesso luogo, riconoscono la esenzione dal pedaggio di cui per antica consuetudine godevano in esso gli abitanti delle terre alla destra della Maira.*

1379, 2 *settembre.* 1337, 9 *luglio.*

In nomine Domini Amen. Anno ejusdem Domini Millesimo Tricentesimo Septuagesimo nono die secunda mensis Septembris, secunde indictionis. Universis et singulis presens publicum instrumentum inspecturis sit manifestum, quod Constituti in presentia providi viri Johannis Fornery Bajuli Clavari et Notari Reginalis Curie Vinadii et Vallis Sturane et mei Raimundi Feraudi vicejudicis Reginalis Curie predicte Giraudus Martina de Channois et Antonius Michaelis de Marmore Vallis mayrane nominibus eorum propriis et vice et nomine hominum et singularum personarum commorantium in locis infrascriptis videlicet P^me^ in loco de Accelio, in Channois, in Marmore et in Cellis dixerunt et exposuerunt ut cum omnes persone dictorum locorum videlicet Accelii, Marmoris, Canosiarum, et Cellarum comorantes, et eorum habitationum facientes a flumine Maire citra scilicet versus Vallem Sturanam non teneantur aliquod Pedagium solvere de aliquibus Mercantiis eorum transeuntibus per locum de Vinadio seu Territorii Vinadii prout constat quodam publico instrumento per ipsos Gi-

Digitized by Google

raudum Martinam et Antonium Michaelis nominibus quibus supra, ipsi Domino Bajulo, Clavario, et Notario ac mihi dicto Vicejudici producto manu Bardolis Calhe de Vallegrana Notarii publici quondam Clavarii et Notarii ac Vicejudicis Reginalis Curie predicti loci Vinadii scripto non vitiato seu cancellato nec in aliqua sui parte abolito, quod incipit in secunda linea et singuli, et finit in eadem dicti quod ad cautellam presentem et eternam rei memoriam propter varia pericula inundationes aquarum, translationes et mutationes quae fiunt quandoque et ne vetustate lacerentur petierunt ipsum auctoritate et licentia ipsius Domini Bajuli et mei dicti Vicejudicis Reginalis predicti per Notarium infrascriptum in presentia et testimonio testium infrascriptorum sibique competens et idoneum vidimus et exemplum publicum de et fieri in judicio et extra perpetuo valiturum ut semper de contentis in eo evidenter ubique pateat et sit notum, ut ex presenti actu lectionis et publicationis ejusdem jura personarum quarumcumque a dicto flumine Majre citra versus Vallem Sturanam comorantium semper clara remaneant, ne sit dubium in eisdem, cujus quidem instrumenti tenor talis est prout ecc. Anno Domini Incarnationis ejusdem Millesimo Trecentesimo trigesimo septimo, Indictione quinta, die nono Julii. Noverint Universi et singuli presentes pariter et futuri, quod cum Petrus Mattaroni de Vinadio Regius Pedagierius dicti loci in dicto loco de Vinadio occasione Pedagij pignorasset Franciscum Valle de Accelio Vallis Mayrane qui transitum faciebat cum suis animalibus portantibus salem per dictum locum de Vinadio hinc est quod constitutis Manfredus Ludovicus Sindicus ut asseruit dicte Universitatis de Accelio Sindicario nomine dicti loci, et predictus Franciscus suo proprio nomine infrascriptos homines de Vinadio in testes produxerunt coram discreto viro Raynaudo Ferraudi Vicebajulo Vinady et me Bardo Calhe de Vallegrana Vicejudice, Notario, et Clavario dicti loci ad probandum quod homines de Accelio non consueverunt Pedagium solvere aliquod in Vinadio, imo sunt immunes a prestatione dicti pedagii homines qui morantur citra flumen Mayre quorum nomina sunt hec Petrus Bos, Durandus Faramia olim dicti loci Pedagierius Regius Bertrandus Benedicta Jacobus Bocia alias Simorandus et Gullielmus Faramia dicti loci de Vinadio probi homines et antiqui qui supranominati delato eis sacramento per dictum Vicebajulum in presentia dicti Petri Pedagerii predicti et testium infrascriptorum et mei Notarii infrascripti testificati fuerunt semper audivisse, quod citra

flumen Mayre et citra flumen Vary Vallis Thenearum et Vallis Pesis non prestantur pedagium in Vinadio ab hominibus comorantibus infra dictos confines, nec umquam viderunt contrarium, imo aliqui ex ipsis testibus dixerunt quod viderunt aliquoties fieri questionem aliquibus de Accelio super dicto pedagio exigendo ab eisdem et finaliter viderunt ipsos cum rebus eorum expediri ratione premissa sine prestatione alicujus pedagii per officiales Regios Curie supradicte in Curia supradicta tunc temporis existentes, unde predicti Vicejudex et Bajulus considerantes testificata per supranominatos testes permiserunt libere abire predictum Franciscum sine prestatione alicujus pedagii precipientes nihilominus eidem Petro Pedagierio supra memorato qui nullam informationem pro parte Curie potuit assignare in contrarium exacto sacramento ab eodem super premissis ut si qua pignora ab ipso Francisco habebat eidem restitueret ac ipsum libere permittat abire sine prestatione alicujus pedagii. De quibus omnibus et singulis dictus Manfredus Ludovicus Sindicario nomine quo supra et dictus Franciscus suo proprio nomine sibi petierunt fieri publicum Instrumentum Actum in Vinadio in Regio Capitulo presentibus Domino Francisco Faramia Mondeto Bono de Vinadio et Gūll° Bassi de Ceva testibus vocatis et rogatis et me Bardo Calha de Vallegrana a Ser^me^ et Illustri Principe Domino Roberto Dei gratia Jerusalem et Sicilie rege in Comitatibus Provincie et forcalquerii notario Constituto ex auctoritate ab eodem mihi concessa, qui hiis omnibus et singulis presens fui et rogatus hanc Cartam scripsi tradidi et signavi signo meo proprio, qui quidem Dominus Bajulus requisitione premissa admissa tamquam consona rationi precepit atque jussit mihi notario infrascripto etiam vice not° Reginalis Curie Vinady presenti et intelligenti quatenus instrumentum supradictum in ipsius domini Bajuli et requirentium predictorum ac testium suprascriptorum presentia de verbo ad verbum legam et publicem et dictum instrumentum in formam publicam redigam ut semper clareat veritas contentorum in eodem, et statim ego vice notarius volens reverenter mandatum dicti domini Bajuli obedire et exequi prout decet ipsum Instrumentum in presentia dicti Domini Bajuli et requirentium ipsorum pariterque testium subscriptorum de verbo ad verbum legi et publicavi, cui quidem lectioni et publicationi hujusmodi Instrumenti ego dictus Vicejudex meam Vicejudiciariam interposui auctoritatem et presens exemplum publicum seu vidimus in judicio et extra et ubicumque etiam decrevi et esse volui vali-

Digitized by Google

torum. Actum Vinady sub Porticu Domus mei Notarii presentibus Gullielmo Pascali de Vinadio Magistro, Gullielmo de Urso de Sambuco Notario et Jacobo Martina de Channois testibus ad premissa vocatis et rogatis et me Rajmundo Ferraudi Notario predicto de Vinadio auctoritate Regia et Reginali in Comitatibus Provincie Forcalquerii et Pedementis constituto et nunc Reginalis Curie Vinadii Vice Notario, qui premissis omnibus interfui et rogatus hanc cartam scripsi et signo meo signavi. Postque ibidem incontinenti supranominati Giraudus Martina et Antonius Michaelis volentes nominibus quibus supra certificare predictum dominum Bajulum et Clavarium de contentis in ipso instrumento ne jus Regie Curie predicte lederetur pro eorum abundanti cautella produxerunt in testes Durandum Raymunda, Berthonum Gasthoni et Jacobum Monge de Vinadio olim Pedagierios predicti pedagii, qui testes supranominati prius prestito per ipsos in manibus mei notarii infrascripti corporali Juramento dixerunt et protestati fuerunt semper audivisse quod citra flumen Majre et citra flumen Vari et citra flumen Pesy non prestatur pedagium de aliquibus eorum Mercandiis in Vinadio ab hominibus et personis infra dictos confines comorantibus, De quibus omnibus et singulis supra contentis prefati Geraudus Martina et Antonius Michaelis petierunt sibi fieri publicum Instrumentum nominibus quibus supra per me notarium infrascriptum Actum Vinadii sub porticu domus mei Notarii infrascripti presentibus quibus supra, videlicet Gullielmo Pascali de Vinadio Magistro Gullielmo de Urso notario de sambuco et Jacobo Martina de Chanois testibus ad premissa vocatis et rogatis Et me Rajmundo Ferraudi notario publico auctoritatibus Regia et Reginali in Comitatibus Provincie et forcalquerii ac Pedemontis constituto et nunc Reginalis Curie Vice Not°, qui premissis omnibus interfui et rogatus hanc cartam scripsi et signo meo consueto instrumentorum signavi.

Ego vero Franciscus de Andreis de Petraporco in loco Vinadii comorans Diecesis Taurinensis Notarius publicus imperiali auctoritate constitutus cui Cartulario note et scripture quondam Magistri Rajmundi Feraudi dicti loci Vinady notarii publici sunt commissa et comisse per nobilem et egregium virum Johannem chabodi Vice Capitaneum Curie ducalis Vinadii balium Montis Sturane atque Barcilone pro spectabili Scuttifero Petro de Bellaforti Capitaneo dictarum Vallium atque locorum pro Ill$^{me}$ et Excelso Principe Domino nostro domino duce Sabaudie Vallium et locorum jamdictorum domino de quadam nota

per me Notarium reperta in altero ex Cartulariis dicti quondam Notarii presens Instrumentum licet alias in publicum fuerit extractum vigore comissionis mihi facte per honorabilem virum Antonium Feraudi Bajulum Vinadii, quam hic inserere obmisi propter ejus prolixitatem in publicam formam iterato manu propria extraxi et scripsi ad requisitionem discreti viri Johannis de Colomberio Consulis de Marmore ac Communitatum de Accelio et de Chanois et de Cellis Vallis Majre signoque meo Instrumentorum consueto signavi in fidem omnium et singulorum premissorum nil addito, obmisso mutato vel remoto per quod facti substantia mutetur sed sicut in ea jacere inveni.

*Da pergamena degli Archivi della Comunità di Marmora.*

## XXVII.

### *Tommaso II Marchese di Saluzzo si obbliga di recarsi in persona fra un anno a prestar fedeltà al Re Roberto a Napoli e di consegnare intanto per sicurtà il castello, terre e valli di Dronero nelle mani del Bertrando de Bautio, non come siniscalco, con altri patti e clausole relativi.*

1342, 18 *marzo.*

In nomine domini, Amen. Anno Nativitatis Ejusdem Millesimo Trecentesimo quadragesimo secundo, Inditione decima, die decimo octavo mensis Martii, pateat universis et singulis presentem paginam expecturis quod, ad honorem et Reverentiam domini nostri Jehsus Christy et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti et beate et gloriose semper virginis marie, matris ejusdem domini nostri Jehsus Cristi, et totius Celestis Curie et ad honorem et aumentum, exaltationem et unionem Inlustrissimi principis domini nostri domini Ruberti, dei gratia Inclitissimi Regis Jerusalem et Sicilie, nec non Magnifici et potentis Militis domini Bertrandi de bautio, domini Curtedonis, honorabilis pedemontis et aliarum terrarum partium Lombardie Regio

dominio subjectarum senescalli Regii et Capitanei generalis, ac etiam Inlustris et Magnifici viri domini Thome Marchionis Saluctiarum, et ad pacifficum et tranquillum statum totius patrie pedemontis et marchionatus — Saluctiarum et singularium hominum et personarum dictarum partium, Amen. de guerra et discordia, differentia ac controversia que olim fuit et vertebatur inter gentes prelibati serenissimi principis domini nostri domini Regis Jerusalem et Sicilie nec non Magnificum virum dominum Bertrandum de hautio, militem dominum Curtedonis, — Regium senescallum et Capitaneum generalem predictum, Ex una parte; et virum Magnificum et Inlustrem dominum Thomam Marchionem saluctiarum predictum, homines, gentes et vassallos suos, ex altera; occasione dampnorum datorum et inlatorum A dicto domino Thoma Marchione in personis et Rebus, villis, domibus, Animalibus hominum et gentium dicti domini Regis et, e converso, divina gratia mediante, ad talem concordiam, transactionem et pacem perpetuo duraturam pervenerunt, videlicet quod dictus dominus Bertrandus, tam suo nomine quam vice et nomine dicti domini nostri Regis, Ex una parte, Et dictus dominus Thomas Marchio, Ex altera, suo nomine et vice et nomine suarum terrarum et omnium singulorum suorum hominum et vassallorum, ex altera, sibi adinvicem, solempnibus stipulationibus hinc et inde intervenientibus, promiserunt et convenerunt per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum ut infra, videlicet imprimis dictus dominus Thomas Marchio, confitens se coram Nobis notariis infrascriptis et testibus se esse in sua libera potestate, sponte, libere, sua propria voluntate, ex certa scientia, non vi, non cohactus, non dolo malo inductus, non metu, promisit et convenit, per se et suos heredes et successores, dicto domino Bertrando, presenti, recipienti et stipulanti vice et nomine dicti domini nostri Regis et suo nomine, quod ipse dominus Thomas Marchio vel successor ejus se presentabit personaliter coram dicto domino nostro Rege vel successore ipsius, suis obediturus mandatis, infra Annum incipientem in kalendis mensis Maii proxime venturi, nisi iustum et evidens impedimentum infirmitatis persone sue vel captionis, si fieret per inimicos ipsius, interveniret dicto domino Marchioni, vel alius evidens casus fortuitus, quo casu predictus terminus prorogatus sit et prorogatus esse intelligatur usque quo cessaret impedimentum ipsum et posset se presentare coram dicto domino nostro Rege vel successore suo, vel nisi dictus dominus Thomas Marchio mortuus esset, quod deus advertat, quo casu

Digitized by Google

heredes ejus et successor in marchionatu presentare se teneatur et debeat coram dicto domino nostro rege vel successore suo, ut dictus dominus Thomas Marchio presentare se debebat, nisi quietatus fuerit ipse dominus Thomas Marchio vel successor ejus per dominum nostrum Regem predictum vel subcessorem ejus de non eundo et se presentando coram Eo. Item, promisit et convenit dictus dominus Thomas Marchio, per se et suos heredes, dicto domino Bertrando senescallo presenti et stipulanti et Recipienti pro se et nomine et vice dicti domini nostri Regis et successoris ipsius, quod ipse dominus Marchio, cum Redierit A presentia dicti domini nostri Regis vel successoris ad quam iturus est et coram qua se presentaturus promisit et convenit, ut in proxime precedenti capitulo continetur, Respondebit de jure cuicunque de terra Regia fideli dicti domini nostri Regis Rationabiliter conquerenti de dicto domino Thoma Marchione, in curia dicti domini nostri Regis vel domini senescalli Regii pedemontis, ut bonus et fidelis vassallus facere debet, et per ipsum dominum senescallum, adversus quoscunque fideles Regios qui dicto domino Thome Marchioni in aliquo tenerentur, fiet justitie complimentum, ut bono et fideli vassallo fieri debet, salvo quod, per presentem concordiam, transactionem et pacem seu obligationem supra et infra scriptam, in presenti contractu non intelligatur esse derogatum aliquibus obligationibus vel pactionibus dudum factis inter ipsum dominum Thomam seu predecessorem ejus et dictum dominum nostrum Regem seu procuratorem vel senescallum sive senescallos ipsius, ymo sint et esse intelligantur Repetite et pro Repetitis habeantur et perinde habeantur et sint ac si in presenti contractu et in celebrando predicta et infra scripta de eis et qualibet earum haberetur et fieret mentio specialis et expressa. Item, dictus dominus Thomas Marchio, per se et suos heredes et per pactum expressum solempni stipulatione appositum, dicto domino Bertrando ibidem presenti et consentienti et Recipienti ut supra, pro observatione omnium et singulorum predictorum et infrascriptorum, deposuit et Recommendavit et tenendum commisit in commanda ac etiam, pro observanda et cautela predictorum et infrascriptorum, Castrum, villam et valles dragonerii et eorum fortilitias, tanquam domino Bertrando de bautio et non tanquam senescallo, pactis, modis et conventionibus infrascriptis, videlicet, si dictus dominus Thomas Marchio vel successor ejus, infra predictum tempus unius Anni in primo capitulo contentum, se presentaverit coram dicto domino nostro Rege vel ejus successore, ut supra conti-

Digitized by Google

netur, vel alias quietatus fuerit per dictum dominum nostrum Regem vel successorem, ut supra, et hoc hostenderit per publicum instrumentum Neapoli factum, vel alibi ubi dictus dominus noster Rex vel successor ejus esset, per aliquem notarium Regni ipsius domini nostri Regis, vel per licteras dicti domini Regis vel successoris, dictus dominus Bertrandus Relapxabit et expediet et Relapxare et expedire promisit et convenit per pactum solempni stipulatione appositum et vallatum dicto domino Thome Marchioni, vel filiis suis, dicta Castrum, villam et valles dragonerii, et in manus et fortiam dicti domini Thome Marchionis, vel filiorum ejus, ponet et poni faciet cum effectu, contradictionibus et appositionibus, mandamentis, protestationibus vel aliis obstaculis non obstantibus quibuscunque; si vero dictus dominus Thomas Marchio vel ejus successor non se presentabit coram dicto domino Rege vel successore, vel quietatus non fuerit, ut supra continetur, dictum Castrum, villa et valles, cum omnibus et singulis suis juribus et pertinentiis, vassallagis et homagiis, seu dictis et aliis quibuscunque fortalitiis ad dictum Castrum, vil'am et valles pertinentibus intus et extra, et hedifitiis, fortalitiis, servitutibus et omnibus juribus corporalibus et incorporalibus que dictus dominus Thomas Marchio habet vel habere consuevit in dictis Castro, villa et vallibus, sit et esse debeat, pleno jure, dicti domini nostri Regis exnunc, prout extunc, ex dicta causa transactionis, per se suosque heredes, dedit et tradidit, cessit et concessit, jure proprio et in perpetuo, dicto domino Bertrando presenti et Recipienti vice et nomine dicti domini nostri Regis et successorum suorum; de qua quidem presentatione vel quietatione superius prelibata fidem facere possit, post dictum terminum Anni, per tres menses proxime secuturos et, facta fide de presentatione vel quietatione, ut supra continetur, dictus dominus Bertrandus promisit relapxare et expedire libere dictum Castrum, villam et valles dragonerii dicto domino Thome Marchioni vel filiis suis, ut supra. Item, promisit et convenit dictus dominus Bertrandus dicto domino Marchioni, ibidem presenti et stipulanti pro se et heredibus suis, custodire dictum Castrum et tenere, Regere et gubernare dictum Castrum, villam et valles eorumque fortilitias per dominum Bastedum de podio, militem, vassallum et hominem ligium domini dalphini vianensis. Qui dominus Bastetus, hinc ad introitum mensis Maii proximi et, deinde, ad unum Annum proxime subsequentem et tres menses post, debeat custodire, Regere et gubernare dictum Castrum,

Digitized by Google

villam; et valles, fortilitias, homines et personas ipsorum et offitiales ponere quos solebat dictus dominus Thomas Marchio, preter Clavarium, qui poni possit per dictum dominum Thomam Marchionem, de voluntate et conscientia dicti domini Basteti, non de Rogando, franchigiis et consuetudinibus et privilegiis hominum dragonerii et vallium et ipsis hominibus in omnibus reservatis, secundum Capitula data et tradita dicto domino Basteto per dictum dominum Bertrandum, quorum Capitulorum tenor inferius continetur, videlicet inprimis, quod dictus dominus Bastetus promisit et convenit et etiam, ad sui cautelam, iuravit quod dictum Castrum, villam et valles et fortalitias dragonerii teneret, defenderet et custodiret nomine et vice dicti domini Bertrandi et pro ipso domino Bertrando, hinc ad kalendas mensis Maii proxime venturi et, ab inde, ad unum Annum et tres menses, prout superius continetur. Item, etiam predictus dominus Bastetus per pactum expressum stipulatione solempni appositum promisit et convenit iuramento firmatum dicto domino Bertrando, presenti et stipulanti ut supra, quod eidem dictum Castrum, villam et villas vallium et ipsas valles et ipsorum fortilitias, post dictum tempus superius expecifficatum, Restituet eidem domino Bertrando vel ejus Legitimo procuratori vel nunptio, si et ubi dictus dominus Thomas Marchio saluctiarum vel successor ejus non se presentaverit coram domino nostro Rege Jerusalem et Sicilie vel ejus successore, suis obediturus mandatis, infra dictum Annum incipiendum ut supra, vel quietatus non fuerit, ut supra. Item, quod predictus dominus Thomas marchio predictam presentationem vel quietationem hostendere debeat et docere per publicum instrumentum factum Neapoli aut alibi ubi esset dictus dominus Rex vel successor ejus, per notarium auctoritate Regia vel per licteras Regias, infra dictum Annum vel infra tres menses proxime futuros post dictum Annum, dicto domino Bertrando et, ubi dictus dominus Bertrandus esset mortuus, quod deus advertat, assignabit et Restituet predictum Castrum, villam et valles, domino nostro Regi predicto vel ejus legitimo nunptio. Item, promisit per pactum predictus dominus Bastetus quod si contigeret dictum dominum Bertrandum mortuum esse, quod deus advertat, vel alias impeditus, facta fide de presentatione predicta vel quietatione dicto domino Basteto, possit et debeat dictus dominus Bastetus Castrum, villam et valles predicta Restituere dicto domino Marchioni vel suis filiis, habita prius per dictum dominum Bastetum quietatione a dicto domino Thoma Marchione vel

Digitized by Google

successore suo in marchionatu, de omnibus et singulis obligationibus factis vel faciendis dicto domino Marchioni et domino dalphino vel alii eorum vel alteri eorum nomine per dictum dominum Bertrandum vel dominum principem vel per alium pro eis vel altero eorum, occasione dictorum Castri, ville et vallium dragonerii, vel aliquorum Aliorum contentorum in presenti contractu, nomine proprio ipsius domini Bertrandi vel dicti domini principis; qua quietatione habita per publicum instrumentum, per dictum dominum Bastetum Recipientem vice et nomine dictorum dominorum principis et senescalli vel eorum et Cujuslibet eorum successorum, Relapxare et expedire teneatur et debeat dictus dominus Bastetus dicta Castrum, villam et valles et fortalitias dragonërii dicto domino Thome Marchioni vel filiis suis, ut supra, non obstantibus contradictionibus, protestationibus vel aliis obstaculis quibuscunque. In casibus tantum ubi dictus dominus Bertrandus esset mortuus, vel in partibus ultra marinis, vel amens, vel in carceribus, vel alias ita impeditus, quod sibi dicta fides de presentatione vel quietatione predictis fieri non posset et aliter, vel alio modo, non teneatur dictus dominus Bastetus Restituere dicto domino Thome marchioni saluctiarum, set ipsi domino Bertrando, tantum nisi habito mandamento a dicto domino Bertrando, ut superius dictum est. Item, quod dictus dominus Bastetus debeat Regere et gubernare et Custodire seu custodiri facere et offitiales ponere quos ponere consuevit dictus dominus Marchio in dictis villa et vallibus seu fortalitiis ipsarum, ad arbitrium ipsius domini Basteti, preter Clavarium, qui poni debeat de sui conscientia et voluntate per dictum dominum Thomam Marchionem. Item, Actum extitit inter eos per pactum expressum quod dictus dominus Bastetus teneatur et debeat facere jurare omnes et singulos homines dictorum Castri, ville et vallium, quod ipsum dominum Bastetum et suos familiares juvabunt totis viribus et pro ipsorum posse, bona fide, in dicta Custodia et Regimine, contra omnes et singulos homines et personas Cujuscunque conditionis et status existant, volentem vel volentes sibi domino Basteto dicta Castrum, villam et valles, vel aliquid eorum auferre, vel violentiam inferre parvam vel magnam contra omnem personam, nullo excepto, publice vel privatim, directe vel indirecte, per se vel per alium. Et quod, si juvare non poterunt, saltem manifestabunt dicto domino Basteto, quam citius potuerunt, et omnem tractatum quem sciverint fieri contra eum ejusque Custodes et predicta predicti homines promictent, sub



Digitized by Google

pena et obligatione omnium ipsorum et Cujuslibet ipsorum et ipsorum et Cujuslibet ipsorum heredum et omnium et singulorum eorum et Cujuslibet eorum bonorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum, et sub refectione omnium et singulorum dampnorum, expensarum et interesse, quid, quas et que ipse dominus noster Rex, vel ipsius senescallus, vel dictus dominus Bastetus, vel aliquis eorum fecerit, substinuerit vel incurrerit, per se vel alium vel alios, occasione predictorum per dictos homines dragonerii vel aliquem eorum non servatorum, vel per eos vel aliquem eorum, contra predicta vel aliquid predictorum et infrascriptorum factorum, et pro predictis dampnis, expensis et interesse et pro observatione omnium et singulorum predictorum, se submittent et subjicient jurisdictioni, cohertioni Curie Camere domini nostri pape et ipsius Camere Auditoris et ipsius Locumtenentis et vice gerentis et cohertioni et compultioni et jurisditioni et usui parvi sigilli mont'spesulani et Castellecti de parigius et aliarum curiarum ultramontanarum que possint expecifficari per nos notarios infrascriptos et dictari et Religari dictam promissionem et obligationem et Cartam inde fieri ad sensum dicti domini Basteti, et constituent unum et plures procuratores, cum potestate alium et alios substituendi et Revocandi, semper mandato in suo robore persistente, ad comparendum et confitendum, Recognoscendum dictum debitum, coram dictis dominis Auditore, Camerario et, generaliter, coram quocunque alio offitiali ecclesiastico et seculari. Item, Actum extitit inter eos per pactum expressum in contrahendo et celebrando predicta et expresse voluit et consensit predictus dominus Marchio quod predictus dominus Bastetus jurare faciat omnes et singulos homines de dictis villa et vallibus, quod, in casu ubi dictus dominus Thomas marchio vel successor se non presentaverit coram dicto domino nostro rege vel ejus successore, ut supra dictum est, vel alias quietatus, ut supra, dictam terram, villam et valles ac Castrum et bona omnia et singula quecunque nunc tenent seu in preteritum tenere consueverunt a dicto domino Marchione, tenebunt et Recognoscent a dicto et predicto domino nostro Rege et juramentum et homagium et fidelitatem facient et omnia quecunque et ad que facere tenentur et debent dicto domino Marchioni et non facere verbo nec opere, publice vel occulte, directe vel indirecte, quod dictus dominus Rex perdat dictum Castrum, villam vel valles, nec aliquem suum honorem, et quod non patientur quod perdat aliquam terrarum suarum, nec aliquam injuriam, violentiam seu contumeliam

Digitized by Google

patiatur in persona vel Rebus, et hoc jurent exnunc, prout extunc, predicti homines et omnia alia facere que in Capitulo de sacramento fidelitatis continentur, posito in usibus feudorum vel alibi ubicunque in jure et quibus hominibus licet absentibus et nobis notariis infrascriptis, publicis personis, et Cuilibet nostrum pro eis et quolibet eorum stipulanti, predictus dominus Thomas Marchio exnunc, prout extunc, licentiam omnimodam dedit et parabulam concessit et Nobis notariis pro eis stipulantibus, ut supra, mandamentum irrevocabile fecit de prestando et faciendo dictum juramentum fidelitatis, prout superius continetur, et, dicto casu adveniente, ipsos homines et eorum quemlibet et ipsorum bona exnunc, prout extunc, absolvit et liberavit ab omni juramento fidelitatis et vassallatici per eos vel aliquem eorum prestito dicto domino Thome Marchioni, vel ejus pretecessoribus, vel alteri pro eis. Item voluerunt et per pactum expressum inter eos appositum et vallatum consenserunt quod, si contigeret quod ipse dominus Thomas marchio, ante quam se coram dicto domino nostro Rege presentaret, vel absolutus a dicta presentatione esset per dictum dominum Regem, ut supra dictum est, moveret vel faceret guerram contra dictum dominum nostrum Regem vel terras suas, quod dictus dominus Bertrandus non teneatur dicta Castrum, villam et valles Restituere predicto domino Thome Marchioni, set de ipso faciat id quod dictus dominus Rex eidem injunserit; Ita tamen, quod possit probari eumdem dominum Marchionem Guerram predictam fecisse vel movisse. Item, actum et conventum extitit inter eos et promisit dictus dominus Bertrandus dicto domino Thome Marchioni, presenti et Recipienti, ut supra, quod, si dictus dominus Bertrandus mortuus esset, quod deus advertat, vel esset in ultra marinis partibus, vel in carceribus, seu alienatus a mente, vel alias non posset haberi copia de eo, quod, si dictus Thomas Marchio vel successor de presentatione facta seu quietatione ipsius per dictum dominum nostrum Regem vel successorem, ut supra, fidem faceret dicto domino Basteto, infra dictum terminum et tres menses, quod dictus dominus bastetus teneatur et debeat libere Relapxare et expedire dictum Castrum, villam dragonerii et valles et eorum fortalitias dicto domino Thome Marchioni vel filiis suis, habita prius quietatione a dicto domino Thoma Marchione vel successore, ut supra continetur. Item, promisit et convenit dictus dominus Thomas Marchio per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum dicto domino Bertrando, presenti et stipulanti ut supra, quod ipse per se, nec

Digitized by Google

per alium vel alios, et se facturum et curaturum quod domini mediolani, per se vel alios vel gentes suas nec alios eorum complices et sequaces, non tractabunt, ordinabunt vel quoquomodo facient vel actentabunt aliquid publice vel occulte, directe vel indirecte, vel quovis alio quesito colore, quod dictum Castrum et villa et valles et eorum fortilitie de manibus dicti domini Bertrandi seu domini Basteti, seu de ejus custodia et commandia Aufferentur et, e converso, promisit solempniter dictus dominus Bertrandus, suo nomine et vice et nomine dicti domini Regis, dicto domino Thome Marchioni, presenti et stipulanti pro se et suis heredibus, quod ipse, per se vel alium, et se facturum et curaturum quod aliquis senescallus vel alius offitialis Regius, per se vel alios seu ejus complices et sequaces, non tractabunt, ordinabunt vel quoquomodo facient vel actentabunt aliquid publice vel occulte, directe vel indirecte, vel quovis alio quesito Colore, propter quod dictum Castrum, villa et valles et eorum fortilitie de manibus dicti domini Basteti vel ejus Locumtenentis seu ejus custodia vel comanda Aufferantur. Item, promisit et convenit dictus dominus Bertrandus dicto domino Marchioni in partibus ultramontanis promictere et adsicurare domino dalphino vianensi, tanquam procuratori legitimi dicti domini Thome Marchionis, Recipienti vice et nomine dicti domini Marchionis, per bonas et ydoneas Cautiones et fidejuxiones, de quibus idem dominus dalphinus contentetur, quod predicta omnia et singula supra et infra scripta per eum promissa observabit, ad penam et sub pena Centum milium florenorum Auri seque obligabit fidejuxoresque suos obligari faciet dicto domino dalphino, Recipienti vice et nomine dicti domini Marchionis, seque submictet et fidejuxores suos submicti faciet jurisditioni et cohertioni Curie Camere domini pape et Auditoris et vice Auditoris ejusdem, parvi sigilli montis pesulani et Castellecti de parigius et Cujuslibet Curie ecclesiastice et secularis, et constituent predicti dominus Bertrandus et fidejuxores ejus unum procuratorem et plures quos voluerit dictus dominus Marchio vel dictus dominus dalphinus, cum potestate substituendi et sine facultate Revocandi, ad confitendum quantitatem predictam et obligationem ac promissionem, preceptum et sententias subscipiendum etc., cum omnibus solempnitatibus et Renuntiationibus opportunis, secundum usus, stilos et consuetudines dictarum Curiarum, ad sensum et voluntatem et dictamen sapientis dicti domini Thome Marchionis vel dicti domini dalphini. Item, promisit dictus dominus Bertrandus solempni stipulatione dicto

Digitized by Google

domino Thome Marchioni, presenti et stipulanti pro se et suis heredibus, non Reconciliare forexitos dragonerii, neque innovationem seu novitatem aliquam facere, neque injuriam vel violentiam facere contra homines vel singulares personas dragonerii et vallium seu aliquem ibidem habitantem; quin ymo villas, homines et singulares personas dragonerii et vallium et ibidem habitantes manutenebit et manuteneri faciet, absque novitate aliqua durantibus dictis sedicim mensibus cum dimidio. Item, predictus dominus senescallus, suo nomine et vice et nomine dicti domini nostri Regis, promisit solempniter predicto domino Thome Marchioni, presenti et stipulanti et Recipienti ut supra, ipsum dominum Thomam Marchionem saluctiarum et ejus terras, vassallos et homines defendere, tractare ac tueri, tanquam bonum et fidelem vassallum domini nostri Regis. Item, promisit et convenit dictus dominus Thomas Marchio dicto domino Bertrando Recipienti ut supra, quod dictas obligationes, transactiones et translationes, traditiones, comandias, pacem et concordiam et totum id et quicquid in presenti contractu supra et infra continetur, confirmabit, Ratificabit et adprobabit, dum ipse erit in carmagniola vel Racunesio vel Revello vel aliqua alia terra sui marchionatus, et promissionem predictam et Ratificationem et confirmationem, infra unum mensem postquam erit in aliquo dictorum locorum, in formam publicam mictet dicto domino senescallo vel ejus locumtenenti vel dicto domino Basteto. Item Actum extitit inter eos et convenit per pactum expressum solempni stipulatione vallatum quod, si dictus dominus Bertrandus assecuraverit dictum dominum Marchionem per dominum Jacobum de sabaudia, principem hacuie (Achaye), per depositionem Castrorum et villarum, jurium et jurisdicionum omnimodarum Peruxie et Summa Ripe del boscho, non teneatur nec debeat assicurare dominum dalphynum predictum in ultramontanis partibus, prout superius expressum est, nisi solummodo per obligationem Castri, ville, jurium, jurisditionis omnimode Curtedonis et omnium et singulorum aliorum bonorum suorum, prout et sicut placebit et videbitur dicto domino Thome Marchioni et sapientibus suis. Que omnia universa et singula supra et infra scripta et quidlibet eorum predictus dominus Bertrandus senescallus, suo nomine proprio et privato et vice et nomine dicti domini nostri et ejus successoris, modis et nominibus supra dictis, ex una parte, et predictus dominus Thomas Marchio, pro se ipso et suis heredibus et successoribus in marchionatu et vice et nomine omnium et singulorum hominum et

vassallorum suorum, modis et nominibus ante dictis, Ex altera, solempnibus stipulationibus hinc et inde intervenientibus, promiserunt et convenerunt per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, silicet unus alteri et alter uni, modis et nominibus quibus supra, perpetuo firma et Rata habere, tenere, observare et adimplere et executioni mandare et mandari facere et contra predicta vel aliquid predictorum vel infrascriptorum, per se vel per alium vel alios, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aliqua ratione vel causa, via vel modo, de jure vel de facto, non facere vel venire, nec contra facienti vel venienti vel venientibus consentire, sub pena et ad penam Centum milium florenorum Aureorum, solemni stipulatione in singulis Capitulis hujus presentis contractus et in qualibet sui parte in solidum promissa; qua pena soluta vel non, commissa vel non, exacta vel non, predicta omnia et singula et infrascripta et quidlibet eorum perpetuo firma et Rata perdurent; que pena totiens comictatur et peti et exigi possit cum effectu, quotiens contra predicta vel infrascripta vel aliquid predictorum vel infrascriptorum factum vel ventum fuerit; quam penam pars que predicta et infrascripta et quidlibet eorum non servaverit, aut contra fecerit vel venerit quoquomodo, ut supra dictum est, dare et solvere atque pagare promisit et convenit per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum in celebrando et contrahendo predicta et infrascripta, parti predicta et infrascripta servanti et in fide stanti, solempniter stipulanti et Recipienti; et etiam pars predicta non servans expresse et per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum promisit et convenit parti predicta et infrascripta servanti et in fide stanti, eidem Reficere et Restituere ac emendare omnia et singula dampna, expensas et interesse, quid, quas et que pars predicta et infrascripta servans et in fide stans fecerit vel substinuerit, in judicio sive extra, vel in numpcios mictendos vel licteras impetrandas vel alio quocumque modo vel causa, occasione alterius partis predicta non servantis neque in fide stantis; et insuper per pactum expressum pars que predicta et infrascripta non servaverit vel contra fecerit promisit et convenit alteri parti predicta servanti et in fide stanti, presenti et stipulanti, ut supra, de dictis dampnis, expensis et interesse, stare et credere suo simplici verbo, sine sacramento vel judicis taxatione vel alia quavis probatione, et Eidem ipsa dampna et expensas et interesse totaliter Reddere et Restituere promisit ac solvere, simul cum pena predicta, per pactum

Digitized by Google

expressum solempni stipulatione appositum et vallatum inter partes predictas et quamlibet earum, modis et nominibus ante dictis, in Romana Curia, parigius, toloso, in monte pesulano, Carcassone, nemausi, in civitate Avinionis et albe, Cunei, savigliani, dragonerei, bargis, Clarasci, in monte Regali, Ragonessi, Carmagniole, astitaurini, Vercelli, novarie, Mediolani et placentie, Et qualibet alio ubicunque locorum et terrarum petitum fuerit vel petere voluerit; volentes et consentientes exnunc, prout extunc, per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, quod dicta pena, tanquam liquida et expensa, dampna et interesse predicta, peti et exigi possit et debeat, si commissa fuerit; et insuper, pro predictis et infrascriptis omnibus et singulis et quolibet eorum observandis et adtendendis, ut supra scriptum est, predicti domini Bertrandus senescallus et Thomas Marchio, modis et nominibus quibus supra, sese et suos heredes et successores et omnia et singula eorum et Cujuslibet eorum bona mobilia et inmobilia et se moventia, presentia et futura, inter se adinvicem vicisse obligaverunt et ypotecaverunt jure pignoris et ypotece; que bona et quidlibet eorum predicti domini Bertrandus senescallus et Thomas Marchio constituerunt unus pro altero et alter pro uno sese jure precarii et in precario tenere et possidere, usque ad integram et plenariam observationem omnium et singulorum predictorum et infrascriptorum et Cujuslibet eorum; submictentes et obligantes predicti contrahentes et quilibet eorum, se ipsum et eorum et Cujuslibet eorum heredes et successores, et bona omnia universa et singula mobilia et inmobilia et se moventia, presentia et futura, pro omnibus et singulis universis supra et infra scriptis firmiter tenendis, adtendendis et complendis et inviolabiliter observandis, ex certa scientia, per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, jurisditioni, cohertioni, usui et compultioni domini nostri pape et ipsius Curie et ipsius domini pape Camerarii et ipsius Camere Auditoris et ipsius Locumtenentis et vicemgerentis et parvi sigilli Montis pesulani et ejus Custodis et Tolose et Castellecti de Parigius et Marescalli Romane Curie et nundinarum de Campania et omnium aliorum officialium Ecclesiasticorum vel secularium, et consuetudinibus, privilegiis et statutis ipsius parvi sigilli Montis pesulani et Custodis ejusdem et omnium et singulorum aliarum Civitatum et Locorum, nec non jurisditioni et compultioni domini Marescalli Romane Curie et consuetudinibus, usibus, statutis et privilegiis ipsius Curie supra dicte domini Marescalli predicti seu alterius

Curiarum predictarum, specialiter et expresse et per pactum expressum, Cujuscunque alterius Curiarum Ecclesiasticarum vel secularium, in qua vel in quibus predicti contrahentes, modis et nominibus ante dictis, partem contra predicta vel infra scripta facientem vel venientem voluerit convenire, trahere vel Citare, vel quam seu quas ad solutionem sibi de dicta pena, dampnis, expensis et interesse faciendam duxerit vel elegerit; Ita quod una Curiarum per partem predicta et infrascripta servantem vel ipsius procuratorem vel nunpcium electa vel intentata, Nichilominus ad aliam vel ad alias Reddire possit et habere Recursum semel et pluries (ut) nullum sibi vel ipsius procuratori vel nunpcio per electionem vel intenptationem hujusmodi prejudicium generetur; et super hoc, pars predicta non servans per pactum expressum Renuntiavit fori sui privilegio et juri dicenti de loco ad locum in contractibus Remissionem fieri non debere et juridicenti quod in ea Curia, in qua judicium inceptum est, in eadem debet finem accipere et juridicenti conventum coram non suo judice posse ante litem contestatam penitere et agi, si convenerit; et pars que predicta et infrascripta non servaverit, per se et suos heredes et successores, promisit et conveuit, per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, alteri parti predicta et infrascripta servanti, presenti et stipulanti pro se et vice et nomine ante dictis, ad ipsius vel procuratoris vel nunpcii ejus simplicem Requisitionem seu per suas licteras venire et tenere hostagia ex parte partis, que predicta et infrascripta servaverit, Requirentis in eo loco et in ea Curia et coram quocunque magistratu, Rectore, preside vel offitiale, quem vel quos pars predicta et infrascripta servans, vel ejus procurator, vel nunptius elegerit vel nominaverit et ibidem et in eodem loco promisit et convenit pars predicta non servans vel contra faciens, modis et nominibus quibus supra, hostagia tenere perinde ac si dictus locus et ipsa Curia, quem vel quam predicta pars servans contenta in presenti contractu vel ipsius procurator vel nunptius duxerit eligendum vel eligendam in presenti contractu esset expecifficatus et expecifficata, et tam diu, dictis modis et nominibus, pars predicta non servans tenebit hostagia; ibidem et exinde non Recedet modo aliquo cum suis pedibus vel alienis sine expressa et speciali licentia partis predicta et infrascripta servantis vel ipsius procuratoris vel nunptii, donec et quousque ipsi parti predicta servanti de predictis omnibus et singulis integraliter satisfactum fuerit et de omnibus et singulis aliis in

Digitized by Google

presenti contractu contentis, prout et sicut superius et inferius continetur, et tenendo vel non tenendo dicta hostagia, ipsa parte non servante predicta et infrascripta Requisita de tenendis dictis hostagiis voluerunt et, per pactum expressum solempni stipulatione appositum, consenserunt predicti contrahentes et paciscentes, modis et nominibus ante dictis, quod a die qua contra predicta vel infrascripta per aliquam partem factum vel ventum fuerit in Antea, predicte Curie et quelibet earum et quecunque alia Curia ecclesiastica vel secularis et quelibet earum, in solidum et in totum, uno et eodem tempore, et ipsarum Curiarum et Cujuslibet earum Rectores et offitiales vel ipsorum vel alicujus ipsorum locatenentium, ex suo mero offitio, sine cause cognitione et sine libello et sine scriptura aliqua, set simpliciter de plano sine aliquo obrepitu et figura judicii, ad simplicem Requisitionem partis predicta servantis et infrascripta vel ipsius procuratoris vel nunptii, cum sola exibitione presentis publici instrumenti quod pro vero et publico predicte partes et quelibet earum modis et nominibus predictis approbaverunt et adprobant in qualibet sui parte, possit seu possint ipsam partem predicta et infrascripta non servantem cogere et compellere, Realiter et personaliter, ad solutionem dicte pene et ad Refectionem dampnorum, expensarum et interesse factorum et substentorum, occasione partis predicta non servantis, et ad omnia universa et singula alia in presenti contractu contenta complenda et adtendenda et observanda, per captionem persone, distractionem et quamcunque alienationem bonorum et Rerum ipsius partis predicta non servantis, omnique exceptione, dilatione, defensione et Ratione juris et facti postposita et Remota nullatenusque admissa pro parte predicta non servante, volentes predicti contrahentes et paciscentes et eorum quilibet, modis et nominibus sepe dictis et per pactum expressum solempni stipulatione appositum, inter se adinvicem promiserunt et convenerunt et concesserunt quod predicte Curie et quelibet earum et quecunque alia Curia secularis et ecclesiastica et dictarum et Cujuslibet dictarum Curiarum Rectores et offitiales vel ipsorum locatenentes, in solidum et in totum et quicunque alius judex, vicarius vel offitialis Cujuscunque alterius eorum ecclesiasticus vel secularis simul et in solidum uno et eodem tempore ad solvendum dictam penam et dampna omnia, interesse et expensas et omnia et singula in hoc presenti contractu contenta observanda, possint seu possit partem predicta non servantem compellere et debeant et debeat in modum superius expressum, ad

Digitized by Google

simplicem Requisitionem alterius partis predicta servantis vel ejus procuratoris vel nunptii, ad compellendam ipsam partem predicta non servantem ad solvendam dictam penam; et ad observanda omnia et singula in presenti contractu contenta, alter alterum non expectet nec per processum unius processus alterius valeat perturbari, vitiari seu etiam anullari. Concedentes et consentientes predicti contrahentes et quilibet eorum, modis et nominibus ante dictis per pactum expressum solempni stipulatione vallatum, exnunc prout extunc, in hoc casu, in curiis supradictis et qualibet earum et in quacunque alia Curia ut in suum judicem jurisditionem dictarum Curiarum et Cujuslibet earum et Cujuscunque alterius Curie in se in hoc casu prorogandam, et in Nos notarios infrascriptos tanquam personas publicas et quemlibet nostrum solempniter Recipientes et Recipientem, nomine dictarum Curiarum et Cujuslibet earum in qua vel in quibus promiserunt et convenerunt per pactum expressum solempniter appositum predicti contrahentes et quilibet eorum per se modis et nominibus predictis, stare et parere juri, pro dicta pena et pro omnibus et singulis aliis in hoc presenti contractu contentis, in curiis supradictis et qualibet earum in qua vel in quibus pars predicta servans vel ipsius procurator vel nunptii ipsam partem predicta non servantem voluerit convenire, et ibidem dicta pars predicta non servans promisit et convenit, dictis modis et nominibus per pactum expressum solempni stipulatione appositum, venire et comparere personaliter et non per procuratorem vel procuratores vel alium Responsalem et ibidem Respondere et solvere et, de jure vel de facto, exceptum fori vel alia non opponere; ymo fori privilegio, dictis modis et nominibus Renuntiaverunt per pactum expressum, volentes et consentientes predicte partes et quelibet earum, modis et nominibus ante dictis per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, quod si predicta et infrascripta et quilibet eorum servata non fuerint vel contra ea vel aliquid eorum ventum vel factum fuerit, quod ad simplicem Requisitionem vel denuntiationem vel voluntatem partis predicta servantis vel ipsius procuratoris vel nunptii, dominus Episcopus Astensis, dominus Episcopus Albensis et dominus Episcopus Turinensis, dominus Episcopus Vercellensis, dominus episcopus Novariensis, dominus Episcopus Plagentinus, dominus Archiepiscopus Mediolanensis, dominus Episcopus Nemausensis, dominus Archiepiscopus Parisiensis et dominus Archiepiscopus Tholosanus et dominus episcopus Carpentoratensis, et quilibet eorum per se et offitiales suos

Digitized by Google

seu vicarios, et quicunque alius Episcopus seu prelatus et quicunque judex ecclesiasticus vel offitialis aut vicarius, ex suo mero offitio, sine cause cognitione, partem predicta et infrascripta non servantem et ipsius successorem vel successores possit et debeat et possint et debeant excommunicare, et excommunicatam et excommunicatum faciat seu faciant per suas dioceses publice nunptiari singulis diebus dominicis et festivis, Campanis pulsatis et Camdelis extinguendis, et procedere contra et adversus partem ipsam predicta et infrascripta non servantem et ejus successorem et ipsius bona et sententiam et sententias excommunicationis, occasione sacramenti non servati per easdem partes et earum quamlibet in hoc presenti contractu prestiti, donec et quousque predicta omnia et singula in presenti contractu contenta observata et facta fuerint per partes predictas et quamlibet earum ut supra et infra continetur et parti predicta servanti fuerit, de predictis omnibus et singulis, integre et plenarie satisfactum, nulla monitione vel Citatione seu Requisitione premissis, sed prout et sicut eisdem dominis Episcopis et Archiepiscopis seu eorum offitialibus, vicariis vel ipsorum Locatenentibus vel Curiis visum fuerit expedire prorogantibus, exnunc prout extunc, dicta pars predicta non servans per se et ejus successorem per pactum expressum solempni stipulatione appositum in se et successorem ejus interdictionem (incurrat) dictorum dominorum prelatorum et Cujuslibet eorum et Cujuscunque alterius Curie ecclesiastice et Cujuscunque alterius Episcopi vel Archiepiscopi vel Legati, ad quem vel ad quos pars predicta servans vel ejus procurator vel nunptius prius duxerit Recurrendum vel eligendum, concedentes predicte partes et quelibet earum per se, et vice et nomine ante dictis, per pactum expressum solempni stipulatione appositum, quod Nichilominus quilibet alius offitialis et Rector sive vicarius secularis et quelibet alia Curia secularis procedat et procedere possit et debeat contra et adversus partem ipsam predicta non servantem et successorem ipsius, et ipsius bona omnia et singula presentia et futura ad faciendum per ipsam partem vel successorem ipsius compleri predicta juris et facti Remediis et benefitiis quibuscunque; Ita quod una via sumpta et electa per partem predicta supra et infrascripta servantem vel per ipsius procuratorem vel nunptium, in alia vel aliis nullum prejudicium valeat generari, quominus possit quibuscumque juris et facti Remediis et benefitiis in diversis Curiis se iuvare; et, ex nunc prout extunc, predicte partes et quelibet earum, per se et modis et nominibus prelibatis, per pactum ex-

Digitized by Google

pressum, promiserunt et convenerunt sibi ad invicem vicissim ut supra, quod si, presente obligatione durante, parti predicta servanti vel a suis Creditoribus vel a majori parte Creditorum suorum in numero vel quantitate concederetur dilatio quinquanalis, pars predicta non servans per se et suos heredes promisit et convenit per pactum expressum parti predicta servanti, presenti et stipulanti ut supra, quod ea non utetur, nec ea se juvare intendit, seu vult contra partem predicta servantem vel ejus successorem vel nunptium vel procuratorem nec etiam adversus predicta et infrascripta seu aliquid eorum, ymo per se et successores ejus, nominibus ante dictis, dilationibus quinquanalibus et quibuscunque aliis minoribus et juridicenti posse dari quinquanales indutias expresse et per pactum, Renuntiaverunt; volentes etiam predicti contrahentes et paciscentes et eorum quilibet, modis et nominibus predictis, per pactum expressum stipulatione appositum, quod si presens contractus et instrumentum executioni manderetur contra et adversus partem predicta non servantem et ejus successorem, et in ipsius bona et mandamentum seu mandamenta sententia vel sententie seu cognitio aliqua inde daretur seu darentur per aliquem judicem, vicarium seu pretorem vel alium offitialem quemcunque, quod a dicto mandamento seu mandamentis, sententia vel sententiis ac cognitione non appellabit per se vel per alium seu alios, nec aliquo modo contradicet, ymo dictum mandamentum, sententiam et sententias ac cognitionem datum seu datam et data seu datas seu danda seu dandas exnunc prout extunc, pars que predicta non servaverit, nominibus predictis approbavit et confirmavit et Emologavit et firma et Rata habuit et tenuit et benefitio appellationis, provocationis, contradictionis et Reclamationis, per pactum expressum stipulatione solempni appositum, Renuntiavit; promictentes et convenientes partes predicte et quelibet earum per se et modis et nominibus ante dictis solempni stipulatione interveniente hinc (et) inde, quod pars predicta non servans non impetrabit nec impetrari faciet seu promictet, presente obligatione durante nec post, aliquas licteras papales vel Regales nec alterius domini presidis, judicis vel prelati seu offitialis alicujus nec papale privilegium aliquod seu aliud nec indulgentiam aliquam; nec impetrato nec impetratis, concesso vel concessis, nec etiam impetrandis vel concedendis seu promulgandis, nec synodis vel statutis seu conciliis prelatorum, nec aliquibus aliis exceptionibus, nec juris remediis utetur contra predicta vel contra partem predicta servantem vel

Digitized by Google

ejus successores, et specialiter et expresse quod, aliquo casu nec aliqua causa, impetrabit per se vel per alium seu alios nec impetrari faciet seu promictet absolutionem vel Relapxationem infrascripti per eosdem et quemlibet eorumdem prestiti juramenti, et si impetraretur vel concederetur, quod ea vel eo per se vel per alium vel alios non utetur; ymo prefati contrahentes et quilibet eorum, nominibus et modis quibus supra et per pactum expressum solempni stipulatione vallatum, absolutionem et Relapxationem dicti sacramenti per eos et quemlibet eorum prestiti expresse Renuntiaverunt, promictentes et convenientes etiam predicti contrahentes et paciscentes inter se ad invicem modis et nominibus ante dictis, solempnibus stipulationibus intervenientibus et per pactum expressum, quod si contigeret aliquam sententiam diffinitivam vel interlocutoriam ferri pro parte predicta servante vel ejus procuratore vel nunptio, et contra partem predicta non servantem vel ejus successores seu aliquam in possessionis missionem fieri vel executionem juris vel facti per aliquem judicem, vicarium seu pretorem vel alium offitialem quemcunque super predictis vel aliquo predictorum seu eorum vel alicujus eorum occasione, quod dictam sententiam seu sententias seu in possessionis missionem vel executionem non dicent vel dicet vel opponet sive opponent pars predicta non servans per se vel per alium nec allegabit verbo vel facto fore nullam seu nullas Rationes processus non servati nec Rationem loci in quo date fuerunt sive facte nec ex eo quod dicat vel dicant judicem seu judices qui dictam sententiam vel sententias tullerit vel tullerint, seu executionem vel impossessionis missionem fecerit vel fecerint, in tantam quantitatem non habere jurisditionem nec ex eo quod dicat vel dicant predicti contrahentes vel aliquis eorum sive pars que contra predicta fecerit quod aliis in contrarium fuerit judicatum vel opponet nec ex eo quod dicat vel dicant executio fieri non debet nisi demum oblato libello et lite contestata, nec missio impossessionem fieri debet absque cause cognitione; ymo specialiter et per pactum expressum stipulatione solempni vallatum, ex certa scientia Renuntiaverunt, nominibus quibus supra, beneficio omnium et singulorum predictorum, promictentes etiam et convenientes, predicte partes inter se, solempnibus stipulationibus intervenientibus et per pactum expressum, modis et nominibus predictis, quod si pars predicta non servans conveniretur vel citaretur vel ipsius successor seu etiam in judicium traheretur a parte predicta servante vel ejus successore nunptio

Digitized by Google

vel procuratore, occasione predictorum vel alicujus eorum non servatorum, fori privilegio non opponere nec ipsius exceptionem nec aliam quamcunque exceptionem opponet nec petet per se vel per alium sibi offerri libellum a judice curie vel a parte, nec simplicem petitionem, postulationem, supplicationem, seu aliam Requisitionem, nec diem ei vel ipsius procuratori vel nunptio dari, concedi vel assignari ad respondendum, deliberandum seu ad habendum consilium super eisdem vel aliquo eorum, nec transcriptum hujus instrumenti publici vel ejus note nec note instrumenti procurationis nec aliquam expectionem fieri de eisdem seu in actis Redigi; et si petent, non petent illo protestu quod ipsum ipsam vel ipsa in totum vel impartem Redarguet de falso, Criminaliter vel Civiliter nec opponet vel opponent per se vel per alium, seu alios dilationem XXX dierum nec quatuor mensium nec dilationem temporalem perpetuam dilatoriam perhentoriam vel anomaliam nec dilationem nec exceptionem aliquam juris vel facti, nec juris benefitium aliquod nec aliquod aliud dicet vel faciet vel opponet per se vel per alium vel alios, in judicio vel extra, de facto vel de jure, quibus mediantibus contra predicta vel aliquod supra et infra scriptorum venire posset vel possent predicte partes vel aliqua earum vel alius pro eis vel aliquo eorum; ymo, expresse et per pactum, predictis omnibus et singulis juribus et juris et facti benefitiis et auxiliis supra dictis et feriis quibuscunque et translationi actorum et Copie eorum et benefitio et juri cedendarum actionum et exceptioni doli mali conditioni indebiti et sine causa et ex injusta causa et in factum actioni et privilegio fori obmissi temporis feriati et omni consuetudini et statuto facto et faciendo et omni privilegio et Rescripto impetrato et impetrando et constitutionibus felicis Recordationis domini Bonifatii pape octavi, quarum prima cavetur *ne quis ex certis casibus extra suam Civitatem et diocesem valeat appellari*, secunda vero *ne Reus alterius diocesis ultra unam dietam affinis ejusdem diocesis ad jurisditionem valeat advocari, de duabus dietis, in concilio generali* et quibuscunque aliis super hoc editis vel edendis et juri revocandi domum et benefitio Restitutionis in integrum et traditionis licterarum appostolicarum, conventioni judicum et Locorum et si quando, nomine partis predicta servantis vel ejus successoris nunptii vel procuratoris, super hoc contigerit licteras appostolicas impetrari, et omnibus licteris, gratiis, privilegiis et indulgentiis appostolicis et quibuslibet aliis impetratis et impetrandis, concessis et concedendis et pe-

Digitized by Google

titioni et dactioni libelli et Copie instrumenti et ejus note, et specialiter et expresse juri dicenti non in sua libertate celebratum contractum non valere, et omni alii exceptioni et defensioni Rey et juri dicenti trina monitione debent precedere ante quam quis excommunicetur et juri dicenti quem esse Citandum vel vocandum ante quam ejus pignora vendantur vel distrahantur vel impossessionem bonorum debitorum Creditor mictatur et benefitio juris dicentis quod juri nondum competenti Renuntiari non possit et, per pactum expressum, omni alii juri canonico et civili; auxilio generali et speciali, novo et veteri, divino et humano, ipsis contrahentibus, modis et nominibus quibus supra, vel alicui eorum vel eorum vel alicujus eorum successorum competenti vel competituro; et etiam juri municipali, et, per pactum expressum, juri dicenti generalem Renuntiationem non valere nisi precesserit specialis, et, per pactum expressum, omni alii juri et rationi per quod vel per quam observatio, executio, solutio et Restitutio vel Relapxatio omnium et singulorum predictorum vel alicujus eorum, in totum vel impartem, possent modo aliquo differi, Retardari seu etiam impediri, vel pars predicta non servans vel ipsius successor adversus predicta vel infrascripta seu aliquid eorumdem in aliquo se defendere et ejus successor, vel juvare, volentes et consentientes predicte partes et quelibet earum, eorum propriis nominibus et modis et nominibus quibus supra, per pactum expressum solempni stipulatione appositum et vallatum, quod supra dicte Curie ecclesiastice vel seculares et quelibet earum et quecunque alia Curia ecclesiastica vel secularis et omnes et singuli offitiales simul et in solidum et quilibet per se ipsarum et Cujuslibet ipsarum Curiarum et quarumcunque aliarum et quilibet judex vel offitialis ecclesiasticus vel secularis, ex suo mero offitio, sine cause cognitione et sine solempnitate aliqua, partem ipsam predicta non servantem et ejus successorem Citet seu Citent, et in judicium trahat seu trahant et compellat seu compellant et compellere possit et debeat seu possint et debeant cum effectu, ad solvendam dictam penam et ad dampna omnia, interesse, gravamina et expensas et quidlibet eorum et ad omnia et singula alia in presenti contractu contenta, observanda et complenda et Actendenda ut supra continetur, et infra, per captionem, distractionem et quamcunque alienationem bonorum dicte partis predicta non servantis, omnibus et singulis allegationibus et privilegiis et defensione cessantibus penitus et exclusis, ac si preceptum inde eidem parti predicta non servanti vel ipsius

Digitized by Google

successori datum et factum esset per alteram Curiarum predictarum, ac si ad penam vel penas predictam vel predictas solvendam vel solvendas esset vel essent Rite et Recte legittime condempnatus vel condempnati, et quod hoc presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta voluerunt dicti contrahentes et quilibet eorum, per pactum expressum stipulatione vallatum, modis et nominibus ante dictis, obtineat et obtineant vim mandati voluntarii per aliam dictarum Curiarum dati seu facti et sententie diffinitive per judicem competentem prolate, que in Rem transiverit judicatam et quadrimestria tempora Lapxa et tanquam mandatum voluntarium per alteram Curiarum datum et factum contra quam diffinitiva sententia per judicem competentem prolata esset et debeat ipso facto omnibus exceptionibus Remotis executioni mandari; Ita et taliter quod ad solvendam dictam penam et ad Restituenda ipsa dampna, expensas et interesse et ad observanda et complenda et adtendenda predicta omnia et singula supra et infra scripta, compellatur et compelli possit et debeat pars que predicta non servaverit vel contra venerit vel fecerit, et ipsius successores usque in infinitum, quibuscunque jure auxiliis, Remediis et benefitiis quibus firmius et utilius pro dicta parte predicta servante vel ejus successoribus fieri potest.

Item predictus dominus Bertrandus senescallus, suo nomine proprio et privato, et vice et nomine domini nostri Regis et ipsius successoris, et omni modo, via et forma et jure quibus melius potuit, modis et nominibus ante dictis, fecit, constituit et ordinavit suos veros et legittimos procuratores, actores et certos nunptios speciales, Nobiles et sapientes viros Guernerium Gastaldum de Rovello, Guillelmum Berardi de Saluctiis, Ruffinum Anselmum de Bargiis, Avellocium Ascardi de Bargiis, Manfredo de Anselmio de Ragonexio, Manuellum Bussonem de Villa, et Jacobum Fario de Ceva, licet absentes tanquam presentes, ipsos et quemlibet ipsorum, in solidum et in totum; Ita quod occupantis vel occupantium conditio melior vel potior non existat, sed quod per unum ipsorum vel plures inceptum vel substituendum vel substituendos, ab eis vel aliquo eorum fuerit per alium vel per alios possit mediari et compleri et terminari; Et predictus dominus Thomas Marchio Saluctiarum, suo nomine proprio et privato et nomine ipsius successorum, et vice et nomine quibus supra, et omni modo, via, jure et forma quibus melius potuit, nominibus et modis ante dictis, fecit, constituit et ordinavit suos veros et legittimos procura-

Digitized by Google

tores, actores et certos nunptios speciales, Nobiles et sapientes viros dominos Bertrandum de Secureto; Oliverium de Salseto, Auditorem sacri palatii domini nostri Pape; Bartolomeum de ponte corbo; dominum Guillelmum, militem de Curtedonis, de Terraschono; magistrum Guillelmum piccharanum, Murram Raynerii, licet absentes tanquam presentes, ipsos et quemlibet ipsorum in solidum et in totum, ita quod occupantis vel occupantium conditio melior seu potior non exstat, sed quid per unum ipsorum vel plures ipsorum vel substi tuendum vel substituendos ab eis vel altero eorum inceptum fuerit per alium vel alios possit prosequi, mediari, compleri et terminari; Ad comparendum et se presentandum pro dictis domino Bertrando, suo nomine et nomine Regio quo supra, et domino Thoma Marchione, suo proprio et privato nomine, et modis et nominibus predictis et eorum et Cujuslibet eorum vice et nomine, omni tempore feriato et non feriato, ante commissam dictam penam et post, et quandocunque predictis dominis Bertrando senescallo vel dicto domino Thome Marchioni videbitur et placuerit, semel et pluries, quocumque die et hora, parti predicta servanti vel ejus procuratori vel nunptio petenti placuerit, coram Reverendo patre et domino domini pape Camerario seu ejus Auditore vel Locumtenente, pro dicta pena, si commissa fuerit, et pro dampnis, expensis et interesse predictis, et pro observatione omnium et singulorum predictorum, ad confitendum et Recognoscendum in juditio coram altero eorum, dictam penam, dampna, spensas et interesse predicta et ad audiendum, petendum, Recipiendum omne preceptum, sententiam et mandamentum, quod et quam, contra partem predicta non servantem et ejus heredes et successores, predictus dominus Camerarius, vel ejus Auditor seu vicegerens vel Locumtenens, facere voluerit seu voluerint, pro pena et dampnis et expensis et interesse predictis, et adquiescendum hujusmodi precepto sententie et mandamento et ad submictendum se et Resubmictendum, procuratoris nomine, dictorum domini Bertrandi dictis nominibus et dicti domini Thome marchionis nominibus ante dictis, et ipsos dominum Bertrandum et dominum Thomam Marchionem et eorum quemlibet et eorum et Cujuslibet eorum successores, et ipsorum et Cujuslibet ipsorum bona omnia et singula jurisditioni Cohertioni Camere domini Pape dictique domini Camerarii Auditoris vicemgerentis, vel Locumtenentis, pro dicta pena et pro dictis expensis, dampnis et interesse et occasione predictorum, et Cujuslibet predictorum non servatorum et ad



Digitized by Google

volendum et concedendum quod ydem dominus Camerarius seu ejus Auditor vel vicemgerens vel Locumtenens, exnunc prout extunc, in ipsum predicta non servantem vel contra facientem vel ejus successorem excommunicationis sententiam promulget et ferat, et processus alios faciat seu faciant contra ipsum qui predicta non observaverit, et ejus successorem et bona, quandocunque, quomodocunque, quotienscunque, qualitercunque et ubicunque dictus dominus Camerarius Auditor vel vicemgerens vel ipsius Locumtenens voluerit et fuerit opportunum, si predicta non fuerint observata, et dicta pena, si commissa fuerit, non fuerit soluta et omnia et singula supra scripta et in presenti contractu contenta non fuerint observata, ut supra scriptum est; Item ad comparendum, videlicet procuratores constituti per dictum dominum Bertrandum senescallum, dictis nominibus, et procuratores constituti per dictum dominum Thomam Marchionem, modis predictis, pro eis et quolibet eorum et eorum heredibus et successoribus, Coram viro nobili et egregio domino Curie Romane Marescallo, nec non et coram dominis senescallis Provincie et Folcalcherii et Nemausi et Belcharii et generaliter coram quocunque alio judice vel offitiale quem seu quos predictus predicta servans vel ejus successor procurator vel nunptius voluerit vel duxerit eligendum, ante commissam penam et post, quandocunque, et ad confitendum et Recognoscendum in judicio coram dictis dominis Marescallo, Rectoribus et senescallis et judicibus supra dictis seu uno eorum, penam, dampna, spensas et interesse predicta, et ad audiendum, petendum et Recipiendum mandamentum seu mandamenta voluntaria a dictis dominis et judicibus seu altero eorumdem, de solvendo dictam penam et de observando omnia et singula supra et infra scripta et de omnibus et singulis supra dictis adtendendis et complendis; quod mandamentum seu mandamenta valeat seu valeant in curiis supra dictis et qualibet earum et in quacunque alia Curia; Et ad alium seu alios, nominibus supra dictis, procuratorem vel procuratores unum vel plures substituendum ipsorum vel alicujus ipsorum Loco et ipsum vel ipsos Revocandum, semper presens mandatum in sui Robore et firmitate permaneat, et insuper dicti costituentes et quilibet eorum per se, modis et nominibus ante dictis, volens et volentes ipsos eorum procuratores et quemlibet eorum et substituendum vel substituendos ab eis vel aliquo eorum, modo et forma predictis, Relevare ab omni honore satisdationis in judicio prestande de judicio sisti et judicatum solvi cum omnibus et singulis suis Clausulis,

Digitized by Google

predictus dominus Bertrandus senescallus, modo et nomine quibus supra, Et predictus dominus Thomas Marchio, modis et nominibus quibus supra, se ipsos et eorum quemlibet obligandum et ipsorum bona pro dictis procuratoribus ab aliquo ipsorum constitutis, videlicet quilibet predictorum dominorum procuratoribus ab eo constitutis et factis et substituendo vel substituendis ab eis vel aliquo eorum, quilibet predictorum dominorum, per se et modis et nominibus ante dictis, fidejuxit et fidejuxor extitit pro dictis procuratoribus et quolibet eorum ab eo constitutis et substituendis ab eis vel altero eorum, promisit et convenit Nobis notariis infrascriptis et Cuilibet nostrum, publicis personis Recipientibus et stipulantibus pro adversa parte et pro omnibus et singulis aliis quorum interest, intererit vel interesse poterit, de judicio sisti et judicatum solvi cum omnibus et singulis suis Clausulis et quod tempore ferende sententie in judicio comparebit et stabit, si commode fieri poterit, et omnia et singula dabit et solvet que in condempnatione et sententia continebuntur, nisi fuerit legittime appellatum vel provocatum sub obligatione et ypoteca predictis et Refectione dampnorum et expensarum et interesse predictis; promictentes et convenientes, per pactum expressum, predicti contrahentes et quilibet eorum, modis et nominibus ante dictis, nobis notariis infrascriptis et Cuilibet nostrum, publicis personis Recipientibus et stipulantibus ut supra, perpetuo firma et Rata habere et tenere omnia et singula supra et infra scripta, et que per dictos eorum et Cujuslibet eorum procuratores vel aliquem eorum vel substituendum vel substituendos ab eis vel aliquo eorum facta, gesta, procurata, Recognita et confessata fuerint in predictis et circa predicta et independentibus et emergentibus ab eisdem et quolibet eorumdem, sub ypoteca et obligatione ac Renuntiatione predictis; Et insuper predictus dominus Bertrandus senescallus, suo nomine et senescallario nomine et vice et nomine domini nostri Regis predicti, Et predictus dominus Thomas Marchio, suo nomine et vice et nomine quo supra, quilibet eorum per se, ex certa scientia et non per errorem, eorum et Cujuslibet eorum propria voluntate, juraverunt in manibus mei Johannis notarii infrascripti, ad sancta dei evangelia Corporaliter manu tactis sacrissanctis scripturis, predicta omnia et singula et quidlibet eorum et in presenti contractu contenta et in quolibet Capitulo ipsius videlicet quilibet eorum a se promissa perpetuo firma et Rata habere et tenere, observare et adimplere et executioni mandare et mandari facere, et in nullo contra facere

Digitized by Google

vel venire aliqua Ratione vel causa, de jure vel de facto, et predictos procuratores vel substituendos ab eis vel altero eorum non Revocare nec Revocari facere, sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum;

Et predictus dominus Bastetus, in manibus dicti domini senescalli juravit ad sancta dei evangelia corporaliter, manu tactis sacris sanctis scripturis, predicta omnia et singula ad se pertinentia in presenti contenta contractu adtendere et observare ac facere per omnia, prout et sicut superius promisit et scriptum est. Et de predictis omnibus et singulis dicti domini senescallus et Marchio preceperunt mihi Johanni filio quondam ser Benincase, herico Ricovello et Antonio bistento notariis publicis, et Cuilibet nostrum in solidum, fieri plura publica instrumenta unius et Ejusdem tenoris.

Actum extra portam Cuneii, appellatam portam burgi, prope dictam portam, super Ripa fossati, presentibus Nobilibus viris dominis Andrea de nursia, juris Civilis professore Regio, Majore Judice pedemontis; Jacobo Gilio de Penerolio, Petro Riba de Cunio, Gostantio Juxania de Dragonerio, juris peritis; peterno fallecto de Alba, Allerono de Solario de Asti, Guiffredo Tapperello de Savigliano, francisco de Lorecto de Basigniano, Oberto de Trenavaglio de Carmagniola, Ugone de Castellana, Johanne de Ayliocto de Dragonerio, Antonio Fallecto condomino Ville, Johanne de Levaldigio, Antonio bardo de fossano, Daniello fallecto de Alba, Odoardo de Nicorbo, Comite palatino, de Lunello, et aliis quam pluribus Testibus ad predicta specialiter vocatis et Rogatis.

Ego Johannes filius quondam ser Benincase Borgarelli de florentia, imperiali Auctoritate judex ordinarius et publicus notarius et nunc sacre Regie Jerusalem et Sicilie Magestatis in partibus pedemontis et Lombardie procurator, predictis omnibus et singulis contentis in presentibus quinque petiis Cartarum pergamenarum simul convintis et in collatum et super convintura et in collatura in utraque margine earum meo solito et consueto signo signatis, una cum supra dictis notariis, in presentia dictorum Testium interfui et ea omnia et singula Rogati scribere scripximus, Et in publicam formam Reduximus, ideoque predicta omnia et singula, ut supra continetur, propria manu scripsi et in publicam formam Redegi et meum solitum et consuetum signum apposui eodemque signavi.

*Extrait des Archives départementales des Bouches-du-Rhône.— Fonds de la Cour des Comptes.* — B. 528.

*Ancienne cote:* — *Armoire* Q. — *Premier carré.* — B. 20.

Digitized by Google

## N° XXVIII.

*Atto di procura fatto dal Bertrando de Baucio alli Raimondo de Affurello, Castello de Affurello, Bonifacio de Rellanea, Sarrassone de Baraccio, Guglielmo Pererio e maestro Raimondo Gavaudano per farsi rimettere dal Basteto de Podio il governo del castello, terre e valli di Dronero.*

1343, 12 *luglio.*

In nomine domini nostri ihesu christi, amen. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo Trecentesimo Quadragesimo tercio, die duodecima mensis julii, XIe indictionis, Regnante Serenissima domina nostra domina Johanna, dei gratia Jerusalem et Sicilie Regina Illustre, ducatus Apulie et Principatus Capue, Provincie et forcalcarii ac pedemontis Comitissa, Regnorum ejus anno primo. Ex tenore hujus publici instrumenti, pateat universis, tam presentibus quam futuris, quod, in presentia magnifici et spectabilis viri hugonis domini Baucii, Comitis avellini, dictorum Comitatuum Provincie et forcalcarii Senescalli, subscriptorum testium ad hec vocatorum et mei notarii infrascripti, constitutus magnificus vir dominus Bertrandus de Baucio, miles, dominus Curchedonis, dixit et exposuit quod, cum olim inter magnificum et potentem virum dominum Thomam de Saluciis, dictum marchionem, ex una parte; ac ipsum dominum Bertrandum, tunc pedemontis et aliarum partium Lombardie Regium Senescallum, ex parte altera, fuisset tractatum, ordinatum et invicem bona fide conventum ac solenniter stipulatum, sicut de ipsis conventionibus seu pactis invicem habitis et vallatis per quoddam in scriptis publicum instrumentum, omni debita solennitate munitum, ostensum per predictum dominum Bertrandum, seriosius inter alia publica capitula conventa et habita apparebat, quod predictus dominus Thomas de Saluciis sponte et libere assignavit, deposuit, recommendavit et tenendum commisit pariter in commanda Castrum, villam et valles

draonerii ac eorum fortellicias prefato domino Bertrando, ibidem presenti, recipienti et per pactum expressum solenniter stipulanti, sub infrascriptis pactis et conventionibus, videlicet quod, si prefatus dominus Thomas de Saluciis, infra tempus unius anni a mense maii dudum secundo preteriti numerandum, non se présentaverit coram illustrissimo gloriose memorie domino olim nostro Rege Roberto vel successore ipsius, predictum castrum, villam et valles dragonerii, cum omnibus et singulis suis juribus, pertinenciis, vassallagiis, feudis et aliis quibuscunque fortelliciis ad dictum castrum, villam et valles pertinentibus quoquomodo exnunc, prout extunc, erant et esse debebant predicti domini nostri Regis et successorum suorum, dando exnunc, prout extunc, pure et libere prefato domino Bertrando, presenti et recipienti vice et nomine predicti quondam domini nostri Regis et successorum suorum, predictum castrum, villas et valles ac omnia et singula jura ibidem competentia quovis modo, cum omnibus et singulis juris et facti solennitatibus pariter et cautelis. Insuper, in eodem contractu et conventionibus seu pactis predictis, prefatus dominus Bertrandus dixit et asseruit fuisse similiter habitum et conventum quod predictum Castrum dragonerii, villa et valles et alie fortellicie earumdem custodirentur, tenerentur et gubernarentur per virum nobilem dominum Bastetum de podio, militem, vassallum et hominem ligium illustris domini dalphini vienensis, toto predicto tempore anni unius, infra quod predictus dominus Thomas de Saluciis se debuit et debebat, ut prefertur, predicti domini quondam Regis seu successorum ejus conspectui presentare, quodque predicta custodia, regimen seu gubernatio Castri prefati fieri deberet et debuit ejusdem domini Thome de Saluciis propriis sumptibus et expensis; quarumquidem conventionum vigore et forma per ipsum dominum Bertrandum, sicut asseruit, fideliter observata, predictus dominus Bastetus extunc fuit, erat et nunc etiam est gubernator, custos et rector ac pro gubernatore, custode et rectore predicti Castri ville et vallium dragonerii per prefatum dominum Bertrandum inmissus, positus et statutus, cum pactis et conventionibus infrascriptis, videlicet quod prefatus dominus Bastetus convenit exinde et promisit solenniter ac suo proprio corporaliter prestito juramento firmavit predicto domino Bertrando, ibidem presenti et solenniter stipulanti, restituere pacifice et quiete ac manu libera resignare eidem domino Bertrando vel ejus procuratori vel nuncio dictum Castrum dragonerii, villam et villas vallium ac etiam ipsas valles ipsarumque

Digitized by Google

fortellicias, post predictum tempus anni superius expressatum, si et ubi dictus dominus Thomas de Saluciis Saluciarum vel successor ipsius se non presentaverit coram predicto domino quondam Rege vel ejus successore, infra tempus predictum sicut premittitur numerandum, mandatis suis et jussionibus pariturus, vel si et ubi idem dominus Thomas a predicto domino nostro quondam Rege vel ejus successore de predictis conventionibus seu pactis non fuerit pure et libere quietatus, seu solenniter absolutus, per publicum instrumentum conficiendum ex pacto, in conspectu seu presencia predicti domini quondam nostri Regis seu successorum ipsius, ac etiam per publicam manum notarii auctoritate Regia constituti, prout hec et alia in predicto publico instrumento scripto, ut legebatur in eo, manu Johannis Sebenincase borgarelli de florentia, publici imperiali auctoritate notarii, clarius et seriosius continentur. Cumque predicti anni in premissis conventionibus conditionaliter positi tempora integraliter sint decursa et, per consequens, purificata sit conventio supradicta, sicque locus supersit quod predicte conventiones, in singulis earum capitulis seu membris, potestatem liberam et vim puram obligatoriam resumentes ad honorem et reverentiam illustrissime domine nostre domine Iohanne, Jerusalem et Sicilie Regine illustris, heredis et successoris legitime predicti illustrissimi domini gloriose memorie Regis Roberti domini, avi sui, ac pro conservatione Jurium sibi competentium in predictis Castro, villa, villis vallium ac etiam vallibus et aliis fortelliciis seu aliis pertinenciis et quibuscumque Juribus earumdem, executioni exinde fideli juste et debite demandentur; idcirco, prefatus dominus Bertrandus, confisus de fide, legalitate et circumspectione et industria nobilium virorum domini Raymundi de affuvello, militis de aquis, Castelli de affuvello, condomini dicti Castri, Bonifacii de Rellanea, Sarrassoni de Barracio, Guillelmi pererii et Magistri Raymundi gavaudani de manuasca, notarii, non vi, non dolo, non fraude seu metu cohactus, sed sua bona, propria, pura et libera ac spontanea voluntate, fecit, constituit et ordinavit predictos dominum Raymundum de affuvello, militem, Castellum de Affuvello, Bonifacium de Rellanea, Sarrassonum de Barracio, Guillelmum pererii et Magistrum Raymundum gavaudani, notarium de manuasca, licet absentes tanquam presentes suos veros et legitimos procuratores, actores, factores, gestores et nuncios speciales, seu alio quovis modo de jure vel consuetudine, possunt melius et aptius nuncupari, ipsos et quemlibet scilicet eo-

Digitized by Google

rum insolidum, ita quod non sit melior conditio occupantis seu occupantium, sed quid unus eorum vel plures inceperint, alius seu alii, simul vel separati, et prout melius eis placuerit, possit seu possint mediare, prosequi et finire et, e converso, unius seu plurium ex eisdem absentia vel presentia non obstante ad eumdem et se personaliter conferendum versus predictas partes pedemontis, ad dominum Bastetum de podio, militem, supradictum Custodem, gubernatorem seu Rectorem predictorum Castri dragonerii, ville, vallium et aliarum fortelliciarum vallium predictarum, recipiendumque a predicto domino Basteto seu alio ejus vicegerente, vice, nomine et pro parte predicti domini Bertrandi et aliorum quorum juste et rationabiliter interesse potest et poterit in futurum, predictum Castrum dragonerii et villam dicti Castri ac villas vallium et etiam ipsas valles dragonerii, cum omnibus et singulis fortelliciis, juribus tam corporalibus quam incorporalibus quibuscunque et aliis pertinentiis, in seu infra predictum Castrum, villam et valles quoquomodo sistentibus et eisdem pertinentibus, de jure vel consuetudine, utiliter vel directe, cum plena et ampla, mera, pura et libera potestate capiendi, ingrediendi, adipiscendi et etiam retinendi pure, libere et expresse possessionem et possessiones seu quasi predictorum Castri, ville, vallium et villarum vallium predictarum ac omnium et singularum fortelliciarum ad predictum Castrum, villam et valles pertinentium seu infra sistentium quoquomodo. dans et concedens predictis suis procuratoribus et eorum Cuilibet, ut prefertur, liberam et plenariam potestatem cum expresso mandato et pariter speciali requirendi, protestandi, intimandi seu etiam repetendi, a predicto domino Basteto seu eius procuratore vel vicegerente aut alio successore, predictum Castrum dragonerii, villam et valles et omnia alia jura pertinentia ad easdem, ac capiendi, adipiscendi et retinendi plenam, tutam et pacificam possessionem seu quasi predictorum Castri, ville, vallium, ut prefertur, sub pena juramenti corporaliter per ipsum dominum Bastetum prestiti ac aliis penis et obligationibus et interesse in premissis et circa premissa conventis et solenniter stipulatis, necnon post adeptam possessionem seu quasi predictorum Castri, ville et vallium ac aliarum fortelliciarum dragonerii, ut prefertur, prefatus dominus Bertrandus generalem potestatem cum libera ac mandatum in talibus speciale pure et simpliciter contulit atque dedit predictis procuratoribus ac eorum cuilibet insolidum, cum libertate seu modo et forma superius expressatis, sepedictum Castrum dragonerii, villam et

Digitized by Google

villas vallium ac etiam ipsas valles et alias fortellicias inibi consistentes custodiendi, regendi, tenendi et gubernandi, cum omnibus juribus, libertatibus, potestatibus et consuetudinibus tam juris quam facti in predictis Castro, villa et vallibus dominiis qui pro tempore fuerunt spectantibus et competentibus. quovis modo, necnon et ab omnibus et singulis hominibus seu vassallis tam nobilibus quam innobilibus seu Burgensibus et aliis cujuscunque conditionis existant predictorum Castri, ville et villarum vallium predictarum recipiendi, seu suscipiendi, cum plena et omnimoda potestate fidelitatis, homagii, seu vassallagii, tam consueta quam debita sacramenta cum omnibus et singulis capitulis que de jure vel consuetudine circa prestationem juramentorum ipsorum in premissis fidelitatibus requiruntur, ipsisque hominibus singulariter singulis et universaliter universis mandandi, imperandi et injungendi ac ipsos et ipsorum quemlibet cohercendi, puniendi et absolvendi, prout et sicut ordinariis dominis seu directis in suos homines omnimodam jurisditionem habentibus de jure vel consuetudine dinoscitur esse facultas et sicut idem dominus Thomas de Saluciis in predictos homines omnes et singulos cognitionem, potestatem, seu imperium habuit, habere poterat vel debebat. Quam quidem cognitionem, potestatem, seu imperium tam merum quam mixtum et omnem aliam jurisditionem omnimodam, seu quamlibet aliam actionem in predictis Castro, villa et vallibus et juribus aliis eorumdem ac predictis hominibus omnibus et singulis cujuscunque gradus et conditionis existant, ex potestate plenaria in predictis et circa predicta sibi propterea attributa, predictus dominus Bertrandus exnunc, prout extunc, cessit, mandavit, transtulit atque dedit predictis suis procuratoribus et eorum cuilibet in solidum, ut prefertur, exercendam, habendam et procurandam, cum omni generali, plena et libera potestate, etiam si mandatum speciale requirerent seu presentiam ipsius domini Bertrandi. Voluit insuper et specialiter ac expresse mandavit quod predicti procuratores ipsi et ipsorum quilibet insolidum, ut prefertur, plenariam habeant et legitimam potestatem, quam cum generali et libera ipsis et ipsorum Cuilibet insolidum exnunc concessit seu dedit specialiter et expresse, liberandi, quietandi et absolvendi predictum dominum Bastetum, seu alium ejus vice et nomine hec petentem, ab omni vinculo seu obligatione cujuslibet juramenti per ipsum dominum Bastetum prestiti in premissis et omni alia queviscunque obligatione penali in predictis et circa predicta conventa seu

Digitized by Google

promissa et per ipsum quomodolibet stipulata, prius tamen eoque casu et non aliter si et ubi omnia et singula supra narrata, per dictum dominum Bastetum conventa, promissa et juramento firmata, predicto domino Bertrando attendere et observare curaverit ac sine dolo et fraude quacunque, fideliter et realiter adimplere, tam in resignando predictum Castrum dragonerii, villam, villas vallium ac etiam ipsas valles et fortellicias alias, cum omnibus aliis juribus et pertinenciis suis quoquomodo spectantibus in predictis et quolibet predictorum, quam etiam in omnibus aliis et singulis per ipsum dominum Bastetum promissis, que in quodam instrumento publico facto manu Johannis Sebenincase Borgarelli de florentia, publici imperiali auctoritate notarii, plenius et seriosius continentur. alias exnunc idem dominus Bertrandus dedit predictis suis procuratoribus et eorum Cuilibet insolidum, ut prefertur, generalem et liberam potestatem ac mandatum in talibus speciale predictum Castrum dragonerii, villam, villas vallium atque valles et alias fortellicias seu partes earum auctoritate propria et etiam manu armata, si expediens fuerit, ingrediendi, capiendi, tenendi, gubernandi et pariter procurandi, vice, nomine et pro parte illustrissime domine nostre domine Johanne, illustrissime Jerusalem et Sicilie Regine et successoris ipsius, ac ad honorem, fidelitatem, reverentiam et comodum domine prelibate, sicque dictum Castrum et omnia alia cum ipso superius nominata eidem Excellencie Reginali, tanquam heredi predicti quondam domini Regis et sibi legitime succedenti, seu alii ejus nomine legitimam potestatem habenti, restituendi et resignandi, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, fideliter, pure, libere, pacifice et quiete, tanquam directe domine et jure successionis predicti domini quondam Regis jus, proprietatem ac directum dominium habenti, purificato ex decursu temporis supradicti, simul cum presenti dominio utili predictorum Castri dragonerii et aliorum superius nominatorum cum eo, quod quidem directum dominium cum omni majoritate et superioritate ipsi domine Regine spectanti sit et esse voluit semper salvum omni solenni et legitima in talibus protestatione premissa, quod per predicta seu aliquod predictorum eidem generali seu directo dominio nichil penitus derogetur, sed potius adminiculum prestet pariter et juvamen; Et generaliter in premissis et circa premissa omnia et singula ac alia dependencia ex eisdem quomodolibet, tacite vel expresse, requirendi, protestandi, capiendi, retinendi et gubernandi ac faciendi et

Digitized by Google

pariter procurandi que quilibet veri et legitimi procuratores, actores, factores et nuncii speciales generaliter seu specialiter, in predictis et quolibet predictorum, facere, gerere et exercere possunt et debent et que ipse met dominus Bertrandus, principalis constituens, facere posset et deberet, si premissis personaliter interesset, etiam si talia fuerint seu intervenerint, que mandatum exigant speciale. Promittens solenniter et expresse, pro eisdem suis procuratoribus et eorum quolibet, ut prefertur, se ratum, gratum et firmum inviolabiliter habiturum totum et quicquid per predictos suos procuratores et ipsorum quemlibet insolidum, ut predicitur, actum, factum, gestum et administratum fuerit, seu quomodolibet, ad honorem, tamen, fidelitatem et reverentiam predicte Reginalis Excellentie, gubernatum in premissis et quolibet premissorum, seu obligatione et ypoteca omnium et singulorum bonorum suorum presentium et futurorum ubicunque et in quibuscunque rebus consistentium quovis modo, fidejubendo etiam pro ipsis suis procuratoribus et ipsorum quolibet insolidum sub obligatione qua supra, tam de rato quam alia quaviscunque legali seu consuetudinaria oportuna in talibus cautione, me infrascripto notario, velut persona publica, nomine et pro parte omnium quorum et cujuslibet interest seu interesse quomodolibet poterit in futurum, obligationem et ypotecam predictas solenniter et legitime stipulante. de quibus omnibus et singulis supradictis, idem dominus Bertrandus concessit, mandavit et voluit fieri unum publicum vel quot oportuna fuerint publica consimilia instrumenta. Actum Avinione, in domo Cervellerie hospitis, posita in Carreria, prope portale Boquerium, presentibus testibus ad hec rogatis, videlicet nobili viro domino Guillelmo de Sparrono, milite, juris civilis professore, Bertrando raoli, domicello de montiliis, Jacobo de Candida Regnicola, magistro Jacobo audeberti de albanea, notario, Cive avinionis. Et me Johanne alberti de dragonerio, publico in dictis Comitatibus Provincie et forcalcarii ab illustrissimo domino Roberto bone memorie, Jerusalem et Sicilie Rege illustre et Comite Comitatuum predictorum, qui, requisitus, hoc presens publicum instrumentum, non rasum in aliqua sui parte, preter quam in linea sexta, ubi dicitur: de Saluciis dictus marchio; ac in decima, undecima et duodecima, vicesima, vicesima secunda, vicesima octava et octuagesima sexta lineis, in quarum qualibet scriptum est: de Saluciis; et etiam tricesima secunda linea, ubi signatum est et additum ante actum: prout hec et alia in predicto publico instrumento scripto, ut legebatur in eo,

Digitized by Google

**manu Johannis Sebenincase borgarelli de florentia, publici imperiali auctoritate notarii, clarius et seriosius continentur; et in centesima septima linea, in qua etiam signatum est et additum: purificato ex decursu temporis supradicti; que additiones facte sunt in locis ipsis, pro eo que ommissa fuerant scribi in locis suis et descripte manu mei notarii supradicti, non vicio, sed errore et etiam ipse rasure de premissis omnibus propria manu scripsi et signo meo consueto signavi.**

*Extrait des Archives départementales des Bouches-du-Rhône. — Fonds de la Cour des Comptes.* — B. 528.

*Ancienne cote*: — *Armoire* Q. — *Premier carré.* — B. 22.

## N° XXIX.

*Giacomo Berardo di San Damiano, signore di Zoardo e Cartignano, conferma alla Comunità ed uomini di questi luoghi nella persona del loro sindaco Giordano Raimonda le libertà e franchigie di cui avevano goduto mentre erano uniti a Dronero, e ne riceve il giuramento di fedeltà.*

1346, 13 *marzo.*

Anno domini Millesimo CCCXLVI indicione decimaquarta die decimatertia mensis marcii in sancto damiano in domo domini jordani canti presentibus dno peronetto de costigliolis potestate vallis mayrane thoma de costigliolis, iohannino albutio (*al.* albrico) et iohanne testa famulis dicti dni potestatis et iohanne berardo de sancto damiano testibus vocatis et rogatis. Nobilis et potens vir dominus jacobus berardus de sancto damiano dnus zoardi et cartignani ob remuneracionem fidei et amoris circa eum et domum suam hactenus prestitorum per comunitatem et homines dictorum locorum zoardi et cartignani et in vinculum dilectionis et fidei per eos perpetuo conservando volens fideles suos predictos omni qua potest cura et sollicitudine conservare ac eisdem

suam gratiam et benevolentiam impertiri ut de cetero ferventius ad ea que ipsi domino jacobo placeant invitentur ad instanciam et requisicionem jordani raimonde sindici dicti comunis instantissime nomine sindicario et pro ipso comuni requirentis et recipientis ratificavit laudavit et approbavit et denuo fecit omnes et singulas franchisias libertates immunitates novas et antiquas bonas consuetudines olim concessas eisdem per illustres dominos marchiones saluciarum dicto comuni zoardi et cartignani et etiam concedens eidem quo supra nomine recipienti quod possint et licite valeant eligere et ponere consiliarios camparios et decanos quotiescumque eisdem placuerit et voluerint non obstante (*al.* obtenta) licencia a domino jacobo supradicto. Item concessit eisdem quod possint capitulare et capitula ac ordinamenta facere ad eorum voluntatem quotiescumque et quandocumque voluerint et eisdem de zoardo et cartignano placuerit, et ipsa capitula confirmare et firma tenere nisi esset ibi aliqua inconveniencia per ipsum dominum corrigetur et emendetur. Item concessit eisdem quo supra nomine recipientibus et liberavit et absolvit quod non teneantur dotare filias vel sorores ipsius domini jacobi ejus heredum et successorum ultra quod dominis marchionibus saluciarum faciebant et tenebantur. Item liberavit et absolvit eos de milicia facienda ita quod non teneantur facere miliciam, nec causa milicie eisdem aliquid petere possit nec requirere nisi milicia generalis fieret per totam terram domini marchionis saluciarum et vassallorum suorum, et tunc eis petere possit secundum eorum facultatem. Item promisit idem dominus jacobus pro suis heredibus sindico predicto quo supra nomine recipienti ipsos homines et comunitatem zoardi et cartignani non vendere pignorare alienare, nec in alium dominium (*al.* dominum) trasferre aliquo modo vicio vel ingenio nisi illis de domo sua propria vel domino marchioni saluciarum. Item promisit personas eorum res et bona et comune specialiter et generaliter juvare et salvare ac manutenere pacifice et in bono statu cum omnibus eorum circumstantibus suo posse promittens ipse sindicus sindicario nomine quo supra ipsi domino jacobo pro se et suis heredibus stipulanti dare et solvere eidem domino jacobo vel ejus nuncio omni anno in festo sancti michaelis libras quatuor solidos quinque astenses quas solvebant et dabant domino marchioni saluciarum et ultra ipse dnus iacobus nec alter pro eo vel ejus nomine non possit nec ullo modo debeat exigere a comune predicto nisi banna que per eosdem offenderentur et decimam quam dare et solvere consueverunt domino marchioni saluciarum et ipsam decimam pro-

Digitized by Google

misit ipse sindicus quo supra nomine annuatim ipsi domino jacobo solvere aut ejus nuncio ut antea solvebant domino marchioni predicto. Que omnia et singula supradicta promiserunt vicissim scilicet unus alteri et ad invicem solemnibus stipulacionibus hinc inde intervenientibus et juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia tam dictus sindicus quam ipse dominus jacobus firma et rata habere et tenere observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se vel per alios aliqua racione vel causa vel ingenio de jure vel de facto. item reficere et restituere una pars alteri ad invicem inter ipsos omnia et singula damna et expensas ac interesse que vel quas unus occasione alterius seu culpa contra predicta facientis fecerit vel sustinuerit in judicio vel extra pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligavit una pars alteri ad invicem, scilicet ipse sindicus sindicario nomine dicti comunis et dominus jacobus omnia bona sua. renunciaverunt ipse partes excepcioni doli mali condicioni sine causa vel ex injuxta causa in factum actioni et omni alii legum auxilio ita quod in ista generali renunciacione omnis specialis intelligatur inclusa et expressa apposita et declarata et de predictis omnibus et singulis ipse partes rogaverunt me notarium subscriptum fieri unum et plura instrumenta dictanda si opus fuerit et reficienda toties et quoties opus fuerit et necesse ad consilium sapientis.

Et ego anthonius donadey de payeres publicus imperiali auctoritate notarius prout in abbreviaturis et protocollis iacobi scarie de paeriis condam notarii inveni jacere qui predictum documentum receperat et semel in publicam formam redegerat factis prius in talibus debitis et opportunis ex auctoritate et licencia mihi attributa per egregium legum doctorem dominum Gabrielem Bonelli de saluciis honorabilem potestatem draconerii et vallis mayrane ut patet quadam litera sigillo dicti domini potestatis sigillata et grossata manu prudentis et discretissimi viri gugliermeti martine clavarii curie draconerii et mayrane currenti millesimo quatricentesimo tertio indicione sexta die duodecima mensis aprilis, fideliter et per ordinem levavi et tradidi ac in presenti publica forma redegi, nihil addito seu demto nisi forte punctum literam vel sillabam que non vitiant substanciam veritatis. hicque me subscripsi et signo meo signavi in fidem robur et testimonium veritatis omnium premissorum.

*Da copia antica esistente nell'Archivio della Comunità di Cartignano, vol.* E N 10, *fol.* 12.

Digitized by Google

## N° XXX.

*Il marchese Tommaso II di Saluzzo concede agli uomini di Dronero in guiderdone della loro devozione e fedeltà alcune grazie, e si obbliga per sè e suoi successori di non alienare ad alcuno questa terra, ma di tenerla sotto il suo dominio diretto e non trasmetterla se non di primogenito in primogenito.*

1347, 28 *dicembre.*

In nomine domini amen anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo septimo indictione quindecima die vigesima octava mensis decembris Dragonerii in domo domini Jacobi de arpeasco presentibus dominico catalano ex dominis Bargiarum potestate Dragonerii et mayrane anthonio requitia et Jacobo requitia de cuneo ac Manfredo de anselino de raconixio testibus ad hoc vocatis et rogatis laudabilia probitatis indicia super quibus homines et universitas hominum dragonerii et ejus communantia laudabili testimonio comendantur necnon eorum sincera fidelitas que circa recuperationem castri et ville dicti loci Dragonerii robuste fideliterque laboravit usque ad optatum exitum ut eis illa concedantur per que a sarcina in aliquo subleventur et optata suscipiant incrementa per hoc quidem dominantes in hiis tribuentes acquirunt sibi fame gloriam temporalis retributionis ampliora premia promerentur. Sane cum olim homines et persone ac districtus dicti loci Dragonerii et communantia ipsius libertatis presidio fuerint decorati Illustris et magnificus vir dnus thomas marchio Salutiarum ac libertas ipsa et franchisia quelibet concessa ipsis de Dragonerio et communantia ipsius conjunctim et divisim eorumque bonis per bone memorie Illustres et magnificos viros dnum thomam quondam marchionem Salutiarum et successive per dnum Manfredum marchionem Salutiarum quondam et per dnum fredericum quondam de Salutiis genitorem ipsius dni thome marchionis Salutiarum et per ipsum dnum thomam nunc Marchio Salutiarum

alias in recidive contentionis scrupulum relabantur libertatem ipsam et franchisiam ac libertates et franchisias omnes antiquas et novas concessas ut supra per predictos dominos et quascumque donationes exemptiones venditiones immunitates datas factas et concessas ipsis nominibus et personis Dragonerii et comunantie ipsius olim et quoscumque tractatus ipsis concessos per supranominatos dominos Marchionem Thomam marchionem Manfredum ac dnum fredericum de Salutiis quondam et predictum dnum thomam nunc Marchionem Salutiarum approbavit ratifficavit et ex certa scientia confirmavit et eas de novo fecit et concessit eisdem ac innovavit et quidquid in eis continetur ac omnes eorum bonos mores et consuetudines novas et antiquas alias eis confirmatas et concessas per supradictos dominos. Porro ut homines predicti dragonerii et communantie ac persone gaudeant sibi majorem honorem intulisse et gratiam ipse dnus marchio concessit eis ac matheo de costigliolis martino achardo durando morro manfreoto de Arpeasco bellino de moyza et trenquerio simeoni ad hoc ellectis per homines dicti loci Dragonerii ac mihi notario infrascripto ut publice persone stippulanti et recipienti nomine et vice omnium personarum et universitatis dragonerii et communantie ac omnium et singulorum quorum intererit dictorum locorum quod ipse dnus Marchio non possit ipsos homines et personas cogere seu cogi facere per aliquem suum rectorem vel officialem aut aliam personam ad eundum seu faciendum exercitum vel cavalcatam vel ad faciendum clientes per spatium trium annorum dumtaxat et ellapsis dictis tribus annis ipse dnus Marchio faciat inde ad suam liberam voluntatem rursus ipse dnus Marchio concessit eisdem supranominatis et mihi notario infrascipto recipienti nominibus quibus supra quod potestas vel rector dicti loci dragonerii seu castellarius vel clavarius aut alius officialis non possint nec eis liceat sub aliquo vitio vel ingenio accipere vel extorquere ab aliqua persona de Dragonerio et Communantia ipsius que detenta esset in fortia curie locorum predictorum pro aliquo delicto seu malefitio introitum vel exitum . . . . . . . non solutarum expensarum si ei vel eis facerent pro quibus possit capere omni die pro eorum expensis pro qualibet persona denarios XVIII astenses et non plus et si non fecerit expensas quod nihil capere possit ab ea et hoc durare voluit ipse dnus marchio usque ad suum beneplacitum voluntatis tantum. Insuper predictus dnus marchio ne homines et locus dragonerii et communantie ipsius exeant de manibus ipsius dni marchionis et ejus heredum in marchionatu Salutia-

Digitized by Google

rum ex eo domino marchione descendentium sed perpetuo existant sub dominio eorum et signoria promisit idem dnus marchio predictis matheo martino durando Manfreoto bellino et trenquerio ac mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nominibus quibus supra quod locum dragonerii communantiam et homines non alienabit nec permutabit infeudabit affictabit locabit nec aliquo genere alienationis alienabit seu transportabit in aliquam personam aliam sed ipsos perpetuo ad manus suas tenebit et ejus heredis predicti et nihil faciet per quod ipse locus dragonerii communantia et homines in personam aliam transferantur quod semper sui primogeniti secundum quod consuetum est succedere marchionatui salutiarum dictum locum et communantiam ac homines habeant et succedant salvo quod si primogenitus decederet sine filiis legittimis et naturalibus quod sequens filius dicti dni marchionis possit succedere in locis predictis ita quod locus Dragonerii et Communantie non possint esse alicujus nisi illius qui fuerit marchio salutiarum et ex domino marchione descendens ceterum idem dnus marchio remisit libere et quitavit predictis matheo martino Durando manfreoto bellino trenquerio et mihi notario stipulanti nominibus quibus supra per spatium duorum annorum tantum libras nonaginta astenses quas commune Dragonerii dare tenetur omni anno eidem dno marchioni pro potestaria et notaria Dragonerii et albergaria quibus duobus annis ellapsis predictum commune ad solutionem predictarum librarum nonaginta teneatur sicut prius. Item promisit idem dominus Marchio supranominatis et mihi notario stippulanti ut supra concedere treugas uni loco ex terris reginal usque ad tres annos dum in eo loco dragonerii et communantie per terram reginal similis treuga concedatur. Denique ipse dnus Marchio promisit eisdem nominatis supra et mihi notario stipulanti ut supra quod si contingat per homines Dragonerii fieri aliqua gabella in Dragonerio et posse quod in ea nihil capiet nec petet sed dimittet eis ipsam gabellam libere in pace ad voluntatem eorum liberam per spatium trium annorum dumtaxat. Que omnia et singula supradicta ipse dominus Marchio juravit ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis attendere et observare bona fide et nunquam contrafacere vel venire de jure vel de facto aliqua ratione vel causa de quibus omnibus et singulis precepta sunt mihi notario infrascripto fieri duo publica instrumenta unius ejusdemque tenoris consilio sapientis.

Et ego petrus Martini de Vicecomitibus baudisseti imperiali auctoritate notarius publicus scribbaque dicti domini Marchionis



Digitized by Google

predictis omnibus interfui et hanc inde cartam fieri rogatus scripsi tradidi et publicavi.

Supradictum exemplum a proprio originali fideliter extraxi ego constantius Fresia regius notarius a Dragonerio ad requisitionem sindicorum et hominum dragonerii et mayrane excepto uno verbo seu ditione quam ob originalis vetustatem legere nequivi et de illo facta collatione cum eodem originali legenti me ipso originali et infrascriptis notariis ascultantibus in presenti exemplo et utroque concordare invento me hic subripsi et manualiter signavi — Fresia.

Collationi suprascripti exempli interfui ego laurentius Habellus notarius stroppi audiente me infrascripto notario et suprascripto nobili Fresia legente in cujus testimonium hic me manualiter subscripsi — Habellus notarius.

Collationi suprascriptae interfui ego Josephus Ramonda notarius regius delphinalis de Dragonerio in cujus fidem hic me subscripsi et manualiter signavi — Ramonda.

*Da copia autentica del secolo* XVI *dell'Archivio civico di Dronero. Art.* 34, *n°* 11.

## N° XXXI.

### *Atto di delegazione di arbitri e sentenza arbitramentale fra la Comunità di Dronero da una parte, e quella di Zoardo e Cartignano e Giacomo Berardo di S. Damiano dall'altra per determinazione di confini e separazione de' rispettivi interessi, coll'autentica di copia fattane per ordine del Costanzo di S. Damiano podestà di Dronero e della valle di Maira.*

1350, 22 *e* 30 *giugno; e* 1451, 12 *febbraio.*

In nomine domini amen. Quoniam exigentibus et fragrantibus necessitatum periculis providentia juris utriusque sancte cavetur quod autenticum ab originali sumptum fide digno munimine roboratum fidem faciat in agendis. Idcirco ad universorum

Digitized by Google

tam presentium quam futurorum notitiam deducatur Quod hoc est exemplum quorumdam originalium instrumentorum compromissi et arbitramentalis sententie initorum et celebratorum inter communitatem dragonerii et sindicos communitatis ipsius ex una et Cartignani et Zoardi ac sindicos ipsius communitatis et dominum Iacobum de sancto Damiano dominum dicte communitatis Cartignani et Zoardi partibus ex altera Occasione declarationis finium contributionis fodrorum talearum munerum et onerum dictarum communitatum sumptorum et fieri rogatorum manu Durandi Murri notarii publici; quorum quidem instrumentorum compromissi et sententie tenores de verbo ad verbum infra sequuntur et sunt tales.

In nomine domini amen. Anno ejusdem millesimo CCCL indictione tertia die XXII junii draconerii presentibus domino briantio de Costigliolis domino Petro de Costigliolis et domino Georgio de Mazzucho testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. De lite et super lite que vertebatur et erat inter commune Draconerii ex una parte et dominum Iacobum de sancto Damiano et commune Cartignani et Zoardi ex altera; que quidem talis erat. petebat namque commune draconerii et requirebat ab ipso domino Iacobo et dicto commune Cartignani et Zoardi quatenus ipsi de possessionibus quas tenebant et possidebant que erant et esse consueverant de finibus draconerii servirent communi draconerii ad fodrum et taleam et alias communantias ut faciebant antequam dominus Iacobus predictus haberet dominium dicti loci Cartignani et Zoardi. Quod quidem ipse dominus Iacobus et homines Cartignani et Zoardi negabant dicentes se ad ea non teneri ratione donationis facte per illustrem dominum dnum Thomam Marchionem Saluciarum dicto domino Iacobo de dominio Cartignani et Zoardi. Et ideo volentes ipsa communia et ipse dominus Iacobus ipsam questionem et litem ad finem per modum concordie terminare fecerunt dicta communia Draconerii Zoardi et Cartignani eorum sindicos scilicet commune draconerii Antonium Racham et Gulliermotum Eynaudi et commune Cartignani et Zoardi Iacobum Gaviglium et Gullielmotum Paulinium. Qui sindaci draconerii ex una parte et sindici communis Cartignani et Zoardi et ipse dominus Iacobus de sancto damiano ex altera scilicet ipse dominus Iacobus suo proprio nomine, et ipsi sindici suo ac sindacario nomine dictarum communitatum. De quo sindacatu illorum de draconerio scilicet Gulliermoti et Antonii est carta recepta ad faciendum per Iohannem ricotiam notarium sub millesimo CCCL indictione tertia die

Digitized by Google

mensis                    Et de compromisso dictorum Iacobi Gavigli et Gulliermoti Paulini est carta ad faciendum recepta per Iacobum Berardum notarium sub predictis millesimo indictione die duodecima mensis junii se compromiserant communiter et concorditer in dominos Henricum et Matheum de dominis Costigliolarum Martinum Azardum Iohannem de Cogno Mondinum Stralam et Iacobum Lambertum tamquam in arbitros et arbitratores amicabiles compositores dispensatores et bonos viros promittentes dictus dominus Iacobus et sindici predicti sindicario nomine quo supra ad invicem scilicet una pars alteri vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus et ipse partes dictis arbitris et arbitratoribus nomine dictorum communium stipulantibus stare parere obedire et non contra venire de jure vel de facto aliqua ratione vel causa omni laudo arbitrio dicte definitioni et pronunciationi eorum que vel quas inter eos super predictis aut aliquo eorum vel predictorum occasione fecerint dixerint vel pronunciaverint definiverint aut arbitrati fuerint cum scriptura vel sine semel vel pluries diebus feriatis vel non feriatis sedendo stando quandocumque quomodocumque et qualitercumque ubicumque cum juris cognitione et omni juris solempnitate cognitione obmissa partibus presentibus vel absentibus citatis vel non citatis nulloque pretermisso.............. sub pena florenorum centum pro qualibet parte stipulatione inter ipsas partes ad invicem et ambabus ipsis partibus dictis arbitris et arbitratoribus in singulis capitulis hujus compromissi et laudi et arbitrii ferendi in solidum promissa que toties in solidum committatur quoties contra factum fuerit et refectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione bonorum omnium dicti Iacobi et communium predictorum et pena soluta vel non hoc compromissum et laudum seu arbitrium ferendum nihilominus plenam obtineat firmitatem. Cuius pene si commitatur tertia pars sit domini domini Marchionis Saluciarum tertia dictorum arbitratorum et alia tertia pars partis observantis. Et possint pronunciare hinc et ad introitum augusti. Et quod pronunciabitur arbitrabitur et definietur per predictos vel majorem partem ipsorum juraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia attendere et observare et non contravenire sub obligatione predicta. Et ego durandus murrus de draconerio imperiali anctoritate notarius hanc cartam rogatus scripsi.

In nomine domini amen. Anno ejusdem millesimo CCCL indictione tertia die ultimo junii in draconerio in porticu ecclesie

beatorum andree et pontii. Presentibus domino petro etdno antonio de Costegliolis Iacobino de Costegliolis Iohannino rechitia et bruneto candea testibus ad hec vocatis et rogatis nobiles viri dni henricus et matheus de costegliolis constantius de arpeascho martinus azardus brunetus bertolotus et iohannes de cogno et mondinus stralla electi communiter et concorditer arbitri et arbitratores et amicabiles compositores ab antonio racha et a gullielmoto eynaudo sindicis comunis draconerii et sindicario nomine ipsius comunis ex una parte Et a dno Iacobo de sancto damiano et a jacobo gaviglio et gulielmoto paulini sindicis et sindicario nomine comunis cartignani et zoardi ex altera super litte et de litte et controversia que vertebatur et erat inter eos pro ipsis communibus et nomine ipsorum communium prout in compromisso ab ipsis in eos facto evidenter apparet habita deliberatione solempni et auditis et intellectis omnibus que super questione predicta dicere et ostendere voluerunt et utriusque partis diligenter investigata et cognita voluntate et visis etiam in locis et finibus de quibus erat questio inter eos pro bono pacis et concordie ex vigore compromissi predicti in eos facti Dei nomine et beate marie virginis et totius curie celestis invocato laudaverunt arbitrati fuerunt et definiverunt ut infra. Primo quod ipsi dominus Iacobus et commune cartignani et zoardi habeant de finibus et territorio a beale moscheriarum supra versus cartignanum ferendo et eundo usque ad finem draconerii et moscheriarum remanenti fine moscheriarum in eo statu ut nunc est et descendendo per ipsum beale usque ad flumen macre et transversando macram et eundo recte usque ad serrum campi filiorum quondam martini *galliani quod est* in sperono et a dicto serro usque ad *fraschetum* jordani lamberti et a dicto frascheto eundo recte usque ad ischiam de isaynis eundo ab ipsa ischia sursum per beale sequendo combam don aymar usque super collum et ab ipsis omnibus confinibus supra versus solis occasum sit domini jacobi et heredum suorum et communis cartignani et zoardi; et ab ipsis infra versus solis ortum sit communis draconerii remanente cogno don bruni in parte comunis draconerii et riperia illorum de arpeascho in parte dicti domini jacobi cartignani et zoardi. Item quod comune cartignani et zoardi et persone habitantes in ipsis locis solvant et solvere teneantur de debitis ad que commune draconerii tenetur tantum quantum eis venerit pro rata ad summam registrorum videlicet de debitis que non solvissent et hoc usque ad presentem diem. Item quod commune cartignani et zoardi solvat annuatim de

Digitized by Google

censu draconerii florenos quinque auri. Item quod ipse dominus jacobus nec heredes sui aut habentes causam ab eis nec ipsum commune cartignani et zoardi non possint sub aliquo vitio vel ingenio imponere nec ab aliqua persona undenamque sint exigere pedagium nec gabellam nec aliquam malatractam (*sic*). Item quod quotiescumque homines draconerii registrarent et facerent registrum quod unus ex hominibus cartignani et zoardi sit cum hominibus draconerii ad registrandum eorum possessiones quas habent super finibus draconerii et ipse possessiones illorum de cartignano et zoardo ponantur ad schayras possessionum illorum de draconerio que essent in illis exortis et non in pluris. Item quod ipse dominus Iacobus et homines cartignani et zoardi non possint maius bannum imponere pro offensis que fierent a personis et bestiis *illorum de* draconerio contra eos de cartignano et zoardo *quam illi de* draconerio contra eos. Item quod boscagium pasturagium et aquagium sit commune inter communia draconerii cartignani et zoardi prout antea erat. Item quod commune draconerii non possit bannire hominibus cartignani et zoardi aliquod genus nemorum seu lignaminum nisi ruerem et cerrium et ipsam bannitam ultra facere possint de dictis ruere et cerrio si ipsam ipsimet de draconerio facerent et aliter non. Item quod dicta communia et ipse dominus jacobus predicta omnia perpetuo attendant et non contraveniant in aliquo. Et hec omnia et singula laudaverunt arbitrati fuerunt dixerunt pronunciaverunt fieri observari et adimpleri sub pena in compromisso adjecta in singulis capitulis laudi et compromissi si contra factum fuerit committenda salvo et reservato eis arbitris jure arbitrio et potestate declarandi et interpretandi super predictis et quolibet predictorum ubicumque et quandocumque fuerit opportunum super predictis................ semel et pluries pronunciandum presentibus dictis partibus. Et ego durandus murrus de draconerio imperiali auctoritate notarius hanc cartam rogatus scripsi.

In nomine Iesu amen. Anno domini millesimo CCCCLI indictione XIII (*) die XII mensis febbruari. Hoc est exemplum sive transumptum per me Lazarum Martina de Ianosiis notarium publicum subscriptum ex authenticis originalibus instrumentis suprascriptis sumptum et coram nobili Stephano Berardi locumtenente magnifici et potentis militis et egregii legum doctoris domini Constantii de sancto damiano honorandi capitanei draconerii et mayrane loco juris draconerii pro tribunali sedente per

(*) *Corr.* XIV

spectabilem et egregium dominum Baldassalem de sancto Damiano dominum cartignani et zoardi insinuatum et in ipsius dni locumtenentis presentia per me jam dictum Lazarum Martina et alios publicos notarios diligenter una cum dictis originalibus instrumentis auscultatum et de verbo ad verbum perlectum; Et cum ipse dominus locumtenens *extiterit* per dictum spectabilem dominum baldassalem instanter *requisitus ut* huic exemplo sive transumpto suam auctoritatem et decretum imponere dignaretur ipsumque declarare ut vim et robur perpetuo obtineat et eidem de cetero ut ipsis originalibus instrumentis credi debeat et fides plenaria adhiberi, vidensque ipse dominus locumtenens presens exemplum sive transumptum ut sibi stetur firmiter et credatur et fides plenaria ubilibet de cetero adhibeatur sicut staretur et crederetur ac fides adhiberetur ipsis originalibus instrumentis suprascriptis si exhiberentur. Instante ut supra et requirente predicto spectabili domino Baldassale et annuendo ipso domino locumtenente dicte requisitioni tamquam juri consone decrevit et declaravit prout et sicut supra mentio habetur ac extitit requisitum ac suam auctoritatem ordinariam interposuit et decretum precepitque notariis infrascriptis et mihi notario supra et infrascripto ut in presenti exemplo sive transumpto se subscribant signaque ipsorum tabellionalia apponant consueta in fidem ac robur et testimonium omnium premissorum. Acta fuerunt hec in Draconerio loco juris et coram suprascripto domino locumtenente presentibus Constantio eynaudo filio aldeberti constantio galiani filio petrini ambobus de draconerio et vieto sessano de sancto Michaele omnibus notariis testibus ad premissa omnia adhibitis convocatis et rogatis.

*Seguono le autentiche dei notai Aldeberto Eynaudi e Ugo Marini di Dronero, Cristoforo de Columberio di Marmora, Antonio Caroli e del suddetto Lazaro Martina.*

*Da copia autentica del secolo* XVI *nell'Archivio civico di Dronero, art.* 34, *n°* 12 .

Digitized by Google

## N° XXXII.

### *Sentenza arbitramentale con determinazione di confini fra il Comune di Dronero e quello di Montemale pronunziata da Matteo dei signori di Costigliole.*

1350, 24 *agosto.*

Anno domini millesimo CCCL indictione tercia die XXIIIJ mensis augusti in fine dragonerii in quodam pascherio prope ecclesiam sancti nicholai de durcogno cui pascherio coherent anthonius de gosio heredes Iohannini bonardi et via puplica presentibus henriacio Segnurele de Vallegrana henrico maria johanne ferrerio henrico gilio de montemalo martino ayzardo (*al.* aycardo) alexandro petro villielmo de alaxia et bertino bonardo de dragonerio testibus iis vocatis et rogatis Nos Matheus de custeglioliis arbiter et arbitrator et amicabilis compositor comuniter et concorditer assumptus et electus a Villielmoto Aynaudo et antonino racha ambobus de Dragonerio sindicis et sindacario nomine comunis et universitatis hominum dragoneri ex parte una ut de instrumento sindicatus constat puplico instrumento scripto manu johannini richetie (*al.* rechitie) notarii anno presenti et indictione et die primo febbruari et a tomino rollando et johanne salvagno ambobus de montemalo sindicis et sindicario nomine comunis et universitatis hominum montismali ex parte altera et ut de dicto sindicatu constat puplico instrumento scripto manu hamriacii segnurelis notarii anno domini millesimo CCCL indictione tercia die primo augusti in montemalo in loco ubi jus reditur et de et super omnibus litibus controversiis et questionibus inter dictas partes vertentibus et que verti possent quacumque occasione vel causa ut de dicto compromisso plene constat instrumento scripto manu mei notarii infrascripti sub presenti millesimo et indictione die tercio mensis augusti in fine dragonerii loco ubi dicitur in durcogno auditis namque omnibus et singulis hiis que una pars ab altera et altera ab altera petere et requirere voluerunt et auditis et intellectis omnibus et singulis que dicte partes ad invicem petere voluerunt ad invicem semel et pluries habito colochio et tractatu cum partibus antedictis volendo ipsas partes ad concor-

diam reducere ne vessentur laboribus et expensis comuniter et concorditer sedendo assumentes viam arbitramenti et a via arbitrii recedendo auferendo de jure unius partis et parti alteri tribuendo omni via jure et modo et forma quibus melius possumus presentibus ipsis partibus in hiis scriptis dicimus sententiamus pronunciamus arbitramur laudamus deffinimus inter partes predictas in hunc modum In primis quidem dicimus pronunciamus sententiamus laudamus arbitramur et amicabiliter inter dictas partes componimus quod dividatur finis inter homines de dragonerio et homines de montemalo ut infra incipiendo primo ad fontanam que apellatur fontana petosa veniendo recte versus viam que appellatur via sancti petri ad cantonum prati sancti petri et de dicta via sancti petri eundo superius ferendo husque ad viam que apellatur via de beolle remanendo dicta via que apellatur via sancti petri in posse et fine Dragoneri de dicta via que appellatur via de beolle traversando et eundo per ipsam viam de beolle versus p (*corroso*) a... (1) usque ad duos grossos castagnerios qui sunt jordani viole et ejus fratris villielmi et de dictis duobus castagneriis traversando et eundo recte versus castagnaretum heredum jacobi martoris quod est ibi prope ad planum de lamarronagla ubi dicitur ad fiachadoglum videlicet ferendo recte ad quodam castagnetum sotanum dicti castagnareti quod castagnetum est prope cimam prati bertoloti martoris et de dicto castagnerio quod est in cima predicti prati bertoloti martoris eundo versus unam peciam castagnareti villielmi martoris ibi prope positi ubi dicitur ad planum de lamarronagla videlicet ferendo recte ad unum castagnerium sotanum predicte pecie castagnareti dicti villielmi martoris et de dicto castagnerio sotano predicte pecie castagnareti dicti vullielmi martoris eundo superius usque in cima prati anthonii rache ibi prope positi et de cima dicti prati eundo et ferendo recte husque ad cantonum sotanum campi heredum peroti bernardi ibi prope positi Remanendo . . . . (2) pratum dicti anthonii in fine et posse dragonerii et de dicto cantono dicti campi eundo per viam ibi prope positam husque ad fontem qui apellatur fons durcogni et de dicto fonte eundo per viam dicti fontis recte ferendo ad pascherium quod est prope ecclesiam sancti nicolai husque ad cantonum sotanum campi heredum michaelis zambe prope dictum pascherium et de dicto

---

(1) Deve dire *peagnam*, come si raccoglie da una copia antica di quest'atto dell'Archivio di Dronero, e quella regione si chiama tuttora *della Piagna*.

(2) Deve dire *semper ipsum*, come si legge in detta copia antica.

cantono predicti campi dictorum heredum michaelis zambe eundo recte versus cumbam que apellatur cumba boschi de megla et de dicta cumba boschi de megla ferendo superius recte ad crucem serri de maschis remanendo semper dicta fontana in posse et fine dragonerii et de dicta cruce serri de maschis eundo recte et ferendo husque ad pratum quod apellatur pratum villielmini de sibilia et de dicto prato eundo supra per cumbam que apellatur cumba prati delpata husque ad fontanam que apellatur fontana rentru husque . . . . . . in cacumine montis et ab ipsis omnibus suprascriptis terminis confinibus et choerentiis infra et inferius est tenet et durat finis et camperia comunis et hominum dragonerii. Item quod homines montismali dum steterint homines domini marchionis Saluciarum et suorum heredum cum eorum bestiis possint et valeant pasturare in finibus et comunibus dragonerii velluti et sicut homines et bestie dragonerii Item quod bestie hominum montismali et homines montismali qui et que inventi et invente fuerint dampnum facientes in finibus et super finibus dragonerii non sint plus in bamno quam bestie et homines de dragonerio Item quod homines Montismali possint et valeant boscare in nemoribus salvaticis comunis et hominum dragonerii videlicet in olivencho valle bealleta (*al.* barleta) valle ascheria et in valle caresma velluti homines dragonerii sine pena et banno Et in nemore plozaschi possint etiam ad eorum opus tantum incidere et capere lignamina ad faciendum carrum *leciam* et celloyram et non aliqua alia lignamina. Item quod homines Montismali habentes aut qui de cetero habebunt aliquam possessionem in posse et territorio dragonerii non teneantur nec debeant solvere taleam et fodrum in dragonerio et comuni dragonerii plus quam homines dragonerii solverent de illa possessione quam ipsi homines dragonerii haberent prope illam similem hominum de Montemalo Item quod fontana durcogni dividatur et ponatur ad essortem ad aquandum prata inter homines dragonerii et homines montismali et dividatur per duos homines videlicet per unum de dragonerio et unum de Montemalo Item quod homines dragonerii non possint nec debeant imponere nec exigere aliquam gabellam seu malamtoltam hominibus Montismali nec etiam dictis hominibus de Montemalo facere aliquam bannitam plus quam hominibus de rochabruna et de cartignano Item quod homines Montismali teneantur et debeant regestare in dragonerio et cum hominibus dragonerii omnes possessiones quas habent et quas de cetero habere poterunt in posse et terratorio dragonerii et de ipsis possessionibus solvere

Digitized by Google

fodra et taleas eis imposita et impositas per homines dragonerii ad sustinendum onera comunis et hominum dragonerii Item quod quando homines dragonerii vellent imponere seu facere aliquam taleam aut facere regestum ad maciam aut ad brevia quod homines montismali possint et valeant si eis placuerit mitere dragonerium unum hominem de Montemalo cum ipsis hominibus de dragonerio ad faciendum et imponendum ipsam taleam seu regestum quocumque modo fieret Item quod homines Montismali non obstantibus aliquibus suprascriptis et infrascriptis de aliquibus eorum possessionibus quas habent infra terminos et confines suprascriptos seu infrascriptos per nos Matheum jam dictum dessignatos non solvant nec solvere debeant aliquam taleam eis impositam hinc ad unum annum proxime venturum Item quod dicti siudici comunis Montismali faciant copiam de carta eorum sindacatus in publicam formam predictis sindicis comunis dragonerii Et e converso quod dicti sindici comunis dragonerii faciant copiam de instrumento eorum sindacatus dictis sindicis comunis montismali semper et quandocumque ipsi sindici fuerint requisiti Item quod quelibet persona de dragonerio habens aliquam possessionem infra confines infrascriptos ferendo ad planum deversus flumen macre teneatur et debeat solvere fodrum et taleam in dragonerio et pro comune dragonerii et non alibi. Que confines sunt hec videlicet a draya sancti petri de turriglis que descendit a serro botonascho husque ad primum et superiorem angulum de planellis et ab ipso superiori angulo de planellis traversando recte husque ad locum qui dicitur ad gurgum sotanum de pera galleto et a dicto gurgo traversando recte per vietam qua tenditur ad serrum de borrello et sicut ipsa vieta tenditur recte et ab ipso serro de borrello traversando per casalia dessuper vineas Raynaudorum sicut tenditur ad passum de asino et husque ad ipsum locum passus de asino sicut ab eo itur per medium fornacii et cacumiuis montispitoni et a dicto loco montispitoni sicut itur et recte tenditur versus castellare husque de subtus faetum pate ita quod pratum quod dicitur pratum pate remaneat a parte inferiori et super finem camperie dragonerii et dictum faetum et inde supra in fine et supra finem et camperia montismali et a dicto faeto husque ad fontanam rentru et a fontana rentru husque recte in montanea super finibus comunibus ipsorum locorum dragonerii et montismali et ab ipsis omnibus infrascriptis terminis confinibus et coherentiis infra et inferius versus planum erat tenebat et durabat finis et camperia dragonerii Item dicimus sententiamus et pronunciamus quod

Digitized by Google

que fuerit illa persona de montemalo vel ibi habitans vel aliunde undecumque sit que de cetero emeret seu alio quocumque modo aquireret aliquam possessionem a predictis terminis et confinibus inferius teneatur et debeat de ipsa possessione solvere fodrum et taleam in dragonerio et comuni dragonerii et non alibi. Item quod camparii dragonerii qui nunc sunt vel pro tempore fuerint possint et debeant campayrare et accusare omnes perssonas et bestias facientes dampnum in rebus et possessionibus hominum et personarum de dragonerio infra terminos et confines supra-nominatos in dragonerio et notario dragonerii. Item quod camperius qui nunc est vel pro tempore fuerit de montemalo non possit nec valeat campayrare nec acusare aliquam personam aut bestiam damnum faciendo in aliquibus possessionibus essistentibus infra dictos terminos et confines que sint et essent hominum de dragonerio Item quod homines de Montemalo non possint nec valeant bandire nec disbandire rivoyram comunem inter homines et comune dragonerii et homines et comune Montismali sine conscilio et voluntate comunis et hominum dragonerii Item quod camperii de Dragonerio qui sunt vel pro tempore fuerint teneantur ac debeant acusare quamlibet personam dampnum faciendo in dicta rivoyra Item quod camperii qui nunc sunt vel pro tempore fuerint de montemalo possint et valeant acusare bestias et homines facientes dampnum in dicta rivoyra Et predicta omnia singula dicimus sententiamus laudamus arbitramur et amicabiliter componimus atque precipimus attendi et observari per partes predictas sub pena in compromisso contenta totiens comitenda quotiens fuerit contrafactum lecta et puplicata fuit dicta sententia per me notarium infrascriptum curentibus annis domini nostri jesu christi Millesimo CCCL indictione tercia die XXIIII mensis augusti in fine dragonerii in quodam pascherio prope ecclesiam sancti Nicholai de durcogno cui pascherio coherent antonius de gosio heredes johannini bonaudi et via puplica presentibus dictis partibus predicta omnia et singula audientibus et intelligentibus et de predictis jubsum fuit mihi notario infrascripto fieri duo vel plura unius ejusdemque tenoris ex hiis confici instrumenta unum videlicet pro unaquaque partium predictarum conscilio sapientis vel plurium si fuerit oportunum.

Et ego brunetus candea de dragonerio imperiali auctoritate notarius iis omnibus interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

*Dall'originale nell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol. I, n° 7.*

Digitized by Google

## N° XXXIII.

*I Sindaci e Consiglieri della Comunità di Dronero affrancano e liberano la nuova Comunità e gli uomini di Zoardo e Cartignano da qualsiasi vincolo, soggezione o peso a cui fossero stati verso essa tenuti quando ne facevano parte.*

1351, 2 *marzo*.

In nomine domini amen. Quoniam exigentibus et fragrantibus necessitatum articulis provida utriusque sanctione cavetur quod autenti cum ab originali sumptum fide digno munimine roboratum fidem faciat in agendis. Idcirco ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam deducatur quod hoc est exemplum cujusdam publici originalis instrumenti liberationis homagii ac affranchimenti fodrorum talearum munerum et onerum communitatis cartignani et zoardi sibi facte et concesse per communitatem draconerii et sindicos ipsius communitatis sumptum et fieri rogatum manu Iacobi berardi de sancto damiano notarii publici; Cuius quidem instrumenti liberationis et affranchimenti tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno ejusdem millesimo CCCLI indictione quarta die secunda mensis martii in draconerio et domo communis draconerii loco ubi jus redditur presentibus domino antonio botii de aragnono olim casaverio draconerii et minetto maria de scarnafixio et antonio Gossio de Draconerio testibus ad hec vocatis et rogatis. Universis et singulis tam presentibus quam futuris ad quos presentes pervenerint pateat evidenter quod cum retro temporibus communitas et universitas terre Zoardi et Cartignani fuerit concessa et ordinata et quodammodo membrum et burgum castri draconerii nec non communis et universitatis ejusdem cumque juxta antiquitus et consuetudinem terre draconerii et universitatis ejusdem foret ordinatum omnes et singulas villas subditas et concessas dicte terre draconerii et specialiter terra zoardi et

Digitized by Google

cartignani debere communia ferre quantum per partem sibi contingentem et participem esse ad omnia debita contracta per commune draconerii persolvendum Quod prout hec et alia jam fuit dudum inter ipsas communitates pro lege observatum cumque cum unaquaque res naturaliter proclamet ad libertatem et ipsa terra et communitas zoardi et cartignani de consensu et auctoritate illustris et magnific i domini domini Thome honorandi marchionis saluciarum pactionibusque stipulationibus contractis inter dictum commune draconerii ex una parte et dictum commune zoardi et cartignani ex altera dicta terra zoardi et cartignani sit terra per se facta et ordinata et segregata et affranchita sit a dicta terra draconerii sub certis conditionibus conventionibus etc. prout hec et alia patent publ icis documentis inde scriptis per durandum Morrum notarium anno domini millesimo CCCL indictione III[a] die ultima mensis junii in draconerio volentes qua propter dictum commune et universitas terre draconerii ex una parte et dicti homines et terra zoardi et cartignani ex altera partium ut eis est possibile sine tenebris et scrupulo trahere suas vitas Ecce quod in pleno et generali consilio dicte terre et universitatis dicte terre et communis draconerii in domo ipsius communis ut est moris campanarum strepitu ut est moris congregata universitate consiliariorum et sindicorum ac sapientum terre draconerii ad rectoriam et gubernationem totius corporis dicte terre deputatorum et electorum, ipsaque congregatione facta in qua erant ultra quam due partes consiliariorum et sapientum in conspectu et presentia Merlini Hengane potestatis draconerii, maxime de mandato ipsius domini potestatis etc. quorum quidem consiliariorum nomina inferius describuntur. Ipsi omnes et singuli sapientes et consiliarii supra dicti et specialiter constantius de Arpiasco Cominus de Ruffia sindici dicte universitatis draconerii et sindicario nomine ipsius eorum nominibus propriis et de mandato et consensu dicti domini potestatis et sapientium et consiliariorum predictorum ambo in simul et in solidum ut quis eorum firmius et melius potest per se se heredesque et successores suos ut de dicto sindicatu patet publico documento scripto in libris curie draconerii anno domini Millesimo CCCLI indictione IIII die . . . . . mensis . . . . . . . liberaverunt absolverunt et affranchaverunt discretos viros Jacobum Gaviglium Gulielmum Paulinum sindicos et procuratores communis zoardi et cartignani ad hanc franchisiam et libertatem recipiendam per dictum commune specialiter deputatos ut de dicto sindicatu et procura patet publico instrumento scripto manu mei notarii infrascripti Mille-

Digitized by Google

simo CCCLI indictione quarta die X mensis junii Et me notarium infrascriptum tamquam publica persona officio publice persone stipulantem et recipientem vice et nomine domini jacobi de sancto damiano domini zoardi et cartignani predicti nec non vice et nomine dicte universitatis et quorum omnium melius vice et nomine intererit vel interesse poterit ab omnibus et singulis fidelitatibus omagiis muneribus et honeribus fodris taleis tam impositis quam imponendis et debitis factis servitutibus angariis et per angariis nec non quibuscumque aliis pactis ligiis conventionibus adventionibus et conditionibus in quibus et ad que dicta universitas seu commune zoardi et cartignani erga homines commune et universitatem terre draconerii predicti forent in aliquo obnoxium obligatum obstrictum alligatum seu alligata sub quovis modo vel conditione quacumque Ita videlicet et taliter quod sub hac generali clausula cetera quoque non nominata ex conventione partium predictarum pro specialiter nominatis et inscriptis habeantur et intelligantur ac si in presenti contractu de ipsis non nominatis specialis hinc mentio facta foret. Promittentes ex nunc dicti sindici et procuratores draconerii dictis sindicis zoardi et cartignani et mihi notario stipulanti ut supra ac etiam absolventes ac liberantes ex toto dictum commune ab omnibus et singulis quibuscumque occasione debito vel causa petere posset nec non cedentes traddentes et quasi traddentes dicti sindici cartignani et zoardi et mihi notario stipulanti ut supra omnia et singula jura actiones reales et personales utiles et directas mixtas et persecutorias que et quas dictum commune draconerii habet habebat ante cessionem presentem contra vel adversus dictos homines terre zoardi et cartignani et dominium dicti loci ipsiusque fines in mera mixta jurisdictione et fines Promittentes dicti sindici draconerii et consiliarii supradicti per se et successoribus suis dictis sindicis zoardi et cartignani et mihi notario stipulanti nomine quo supra per se et . . . . . . . heredibus et successoribus stipulantes et recipientes predictam . . . . . liberationem et franchisiam firmam rattam . . . . . tam gratiosam et grattam habere tenere perpetuo et in aliquo non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sed ipsos homines jurisdictionem et fines zoardi et cartignani francham et absolutam et liberam et terram per se dicto communi draconerii non subjectam non obligatam non in aliquo obnoxiam vel obligatam tractare habere tenere et conservare cum omni restitutione et reffectione dampnorum et expensarum littis et extra quod vel quas dicta universitas zoardi et cartignani

Digitized by Google

aut dictus dominus Jacobus sustinerent vel incurrerent occasione predictorum sibi non servatorum ac obligatione bonorum omnium hominum terre draconerii et communis et universitatis dicti loci. Renuntiantes dicti sindici et consiliarii exceptioni doli mali condictioni et in facto actioni rei non sic geste et omni alii legum et juris auxilio. Insuper ad majorem fidem et plenitudinem omnium predictorum dicti sindici et consiliarii corporaliter juraverunt ad sancta dei evangelia manu propria tactis scripturis de animabus et super animabus tam ipsorum quam omnium et singulorum de terra et jurisdictione draconerii predicta omnia et singula sic descripta et conventionata superius firma ratta ac stabilita habere perpetuo obmissis conditionibus jurisdictionibus quibuscumque quibus omnibus et singulis sic recte pactis et degitatis . . dictus dominus potestas dicti domini marchionis suamque et communis et universitatis draconerii auctoritatem interposuit et decretum. Nomina dictorum consiliariorum sunt hec Durandus morrus brunetus candea Martinus Azardus et antonius racha nec non constantius bigotus bertinus candea alexander pier anselmotus bernardus johannes de arpeascheto jacobus veloxius johannes aycardus et jacobus selvia johannes candea mondinus stralla brunus bertolotus et magister petrus nittardus Et de predictis omnibus et singulis dicti sindici zoardi et cartignani rogaverunt me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum consilio sapientis si fuerit opportunum Et ego jacobus de sancto damiano imperiali auctoritate notarius publicus hanc cartam rogatus scripsi S . S . S. sumpsi et in formam publicam reddigi et meum . . . . apposui et signavi.

In christi nomine amen. Anno domini millesimo CCCCLI indictione IIII (*) et die XII mensis februari hoc est exemplum sive transsumptum per me lazarum martine de Janosiis notarium publicum suprascriptum ex autentico originali instrumento suprascripto sumptum et coram nobili stephano caroli locumtenenti magnifici ac potentis millitis et egregii legum doctoris domini constantii de sancto damiano honorandi capitanei draconerii et mayrane loco juris draconerii pro tribunali sedentis per spectabilem et egregium dominum baldesarem de sancto damiano dominum cartignani et zoardi insinuatum et in ipsius domini locumtenentis presentia per me jamdictum lazarum martine et alios infrascriptos notarios diligenter cum dicto originali ascultatum et de verbo ad verbum perlectum Et cum ipse dominus locumtenens extiterit per ipsum dominum baldesarem instanter rogatus

(*) *Corr.* XIV.

ut huic exemplo sive transsumpto suam auctoritatem et decretum interponere dignaretur ipsumque declarare ut vim et robur perpetuo obtineat ac eidem dè cetero prout ipsi originali instrumento credi debeat ac fides plenaria adhiberi Vidensque ipse dominus locumtenens presens exemplum sive transsumptum ut sibi stetur firmiter et credatur ac fides plenaria ubilibet de cetero adhibeatur sicut staretur et crederetur ac fides adhiberetur ipsi originali instrumento suprascripto si exhiberetur instante ut supra et requirente predicto spectabili domino baldesari et annuente ipso domino locumtenenti dicte requisitioni tamquam juri consone decrevit et declaravit prout et sicut supra mentio habetur et extitit requisitum ac suam autoritatem ordinariam interposuit et decretum precepitque notariis infrascriptis ut mihi notario suprascripto et infrascripto ut in presenti exemplo sive transumpto se subscribant signaque ipsorum tabellionatus apponant consueta in fidem ac robur et testimonium omnium premissorum. Acta fuerunt hec in draconerio loco juris et coram suprascripto domino locumtenente ut supra sedenti presentibus constantio eynaudo filio aldeberti constantio Galeani filio Perini ambobus de draconerio et vieto sessano de sancto michaele omnibus notariis testibus ad premissa omnia adhibitis convocatis et rogatis.

*Seguono le autentiche dei notai Ludovico de Phopa de Draconerio, Aldeberto Eynaudi de Draconerio, Ugo Marini de Draconerio, Cristofero de Columberio loci Marmoris, Antonio Caroli, e del suddetto Lazaro Martina de Janosiis.*

*Da copia autentica del secolo* XVI *nell'Arch. civico di Dronero, art.* 34, *n°* 12.

## N° XXXIV.

## *I sindaci e consiglieri della Comunità di Dronero liberano gli uomini di Zoardo e Cartignano dal pagamento dei carichi comuni, salvo pei beni che possedevano ancora nel territorio della medesima, dichiarandoli anche per questi esenti per due anni.*

1351, 2 *marzo.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum communitas et universitas tere dragonerii per sindicos consiliarios et



Digitized by Google

sapientes dicte tere ad hoc deputatos absolverint liberaverint et affrancaverint comunitatem et universitatem tere zoardi et cartignani ab omnibus et singulis fodris taleis tam impositis quam imponendis debitis fictis servitutibus etc. et generaliter ab omnibus et singullis in quibus et ad que dicta comunitas et universitas ac dominus iacobus dominus dicti loci dare solvere ac impartiri tenerentur dicto comuni et universitati tere dragonerii prout hec omnia verum esse constat publicis documentis scriptis manu propria mey notarii infrascripti sub eisdem anno domini millesimo indictione die et mensse et plubicationibus quibus presens instrumentum et quod non obstantibus supradictis iacobus gaviglus et guillermus paulinus de cartignano scindici tere zoardi et cartignani sindicario et procuratorio nomine ipsorum ut de dicto sindicato patet puplico instrumento scripto manu mey notarii infrascripti anno domini millesimo CCCLI indictione IIII[ta] die X mensis junii prout firmius et magisque recte et solempnius potuerunt promiserunt et convenerunt solempni stipulatione per pactum per se et heredes suos et subcessores dicti communis cartignani et zoardi constancio de arpeasco camino de rofina de dragonerio sindicis et procuratoribus ipsius comunibus dragonerii ut de sindicatu est publicum documentum scriptum in libris curie dragonerii anno domini millesimo CCCL indictione III[a] die . . . . . mensis junii etc. pro se et heredibus et successoribus dicti communis dragonerii solempniter stipulantibus et recipientibus quod non obstantibus franchisiis et libertatibus pactisque conventionibus contentis in dicto instrumento ut supra dicti homines comune et universitas tere zoardi et cartignani dabunt solvent satisfacient et ferent et sustinebunt omnia et singula munera honera realia et personallia atque mixta compositiones et servitutes quascumque sibi imponendas et imponenda per dictum comune dragonerii habita tamen consideratione iuridica et rationabili secundum quod ipsis hominibus zoardi et cartignani pro racta venerit in partem atque solvent et satisfaciant dicto comuni dragonerii partem eis contingentem de omnibus et singullis debitis contrahendis et faciendis per dictum comune dragonerii ab infrascripto tamen tempore in antea et de rebus infrascriptis tantum et specificatis videlicet de omnibus et singullis teris iuribus compositionibus et bonis que dicti homines zoardi et cartignani haberent tenerent atque possiderent super fines dragonerii tantum et non super finibus zoardi et cartignani ulterius habita quod ad dicta munera servitutes et debita contracta et contrahenda per comune dragonerii dicti ho-

Digitized by Google

mines zoardi et cartignani non teneantur solvere respondere vel satisfacere dicto comuni vel pro ipso comuni dragonerii etiam pro dictis teris et possessionibus quas tenent et possident super fine dragonerii a die presenti usque ad duos annos proxime venturos et etiam transactis dictis duobus dicti homines zoardi et cartignani non teneantur solvere vel satisfacere aut respondere in aliquo dicto comuni dragonerii de aliquibus debitis muneribus servitutibus fictis fodris vel taleis aut aliis quibuscumque gestis factis vel contractis per dictum comune dragonerii a dictis duobus annis citra seu infra ita et taliter intellecto et spresso ex conventionibus partium predictarum solempni stipulatione vallata quod predictum instrumentum absolutionis liberationis et franchisie quatenus tangit fines zoardi et cartignani permaneat in suo robore. quatenus vero tangit possessiones et bona possessa in fine dragonerii per dictos homines zoardi et cartignani sit cassum inefficax et vanum. et homines zoardi et cartignani a dicto termino duorum annorum in antea sint socii et participes hominum dragonerii ad sustinendum honera et tributa dicti communis et ad satisfaciendum et respondendum creditoribus dicti comunis dragonerii pro racta facta ratione carculi diligentis de debitis tamen et obligationibus factis ut supra a dicto termino duorum annorum in antea et non prius ab inde infra seu citra per dictum comune dragonerii et predicta omnia et singula sic narrata et descripta superius promiserunt solempniter una pars alteri et altera alteri vicissitudinaliter stipulantes actendere observare perpetuo et in aliquo non contrafacere vel venire per se se vel alios sive aliquo jure vel fraude ingenio vel cautella aut alia quacumque ratione vel causa sub refectione dampnorum interesse et expensarum litis et extra ac obligatione bonorum omnium partis utriusque preterea ad majus robur et fiduciam predictorum dicti sindici consiliarii juraverunt ad sancta dei evangelia manu propria tactis scripturis de animabus et super animabus tam ipsorum quam omnium singullorum de tera et jurisdictione dragonerii predicta omnia et singulla sic descripta et conventionata superius firma racta et stabilita habere perpetuo obmissis contradictionibus quibuscumque. Quibus omnibus et singulis sic recte peractis et degitatis ecce quod dicti sindici eorum auctoritatem apposuerunt.

Nomina quorum consiliariorum sunt hec. Durandus morrus brunetus candea martinus azardus anthonius racha constancius bigotus bertinus candea alixander pier anselmetus bernardus ioannes de arpescheto iacobus velossius iohanninus aicardus ia-

Digitized by Google

cobus selvia iohannes candea mondinus stralla brunus bertolotus et magister petrus Nitardus. Actum in dragonerio in domo communis dragonerii loco ubi jus reditur presentibus domino anthonio rocii de aragnono olim casanerio dragonerii mineto maria de scarnafixio et anthonio gossio de dragonerio testibus ad hec vocatis et rogatis. Anno dni millesimo CCCLI indictione quarta die II[a] mensis marcii. Et de predictis omnibus jussum fuit mihi notario fieri puplicum instrumentum consilio sapientis.

Et ego Iacobus de sancto damiano imperiali auctoritate notarius publicus hanc cartam rogatus scripsi s. s. s. et in formam plubicam redigi.

*Da copia autentica del secolo* XVI *nell'Arch. civico di Dronero, art.* 34, *n°* 12.

## N° XXXV.

## *Il marchese Federico di Saluzzo conferma agli abitanti di San Damiano le loro antiche libertà, franchigie e buone consuetudini.*

1357, 25 *agosto.*

Anno domini millesimo CCCLVII indictione decima die XXV mensis augusti in castro saluciarum presentibus testibus vocatis et rogatis. Nobilibus viris dominis henrico petro et antonio de Costigloliis. Ac nicolino de arpeasco. Provenit ex devotionis et fidei puritatis hominum sancti damiani vallis mayrane mitis ut justus et magnificus dominus dominus fredericus Marchio Saluciarum eos favoris et gratie plenitudine proseqnendo eis redatur ad gratiam liberalis. Et propterea prefatus dominus marchio saluciarum ipsis hominibus suis sancti damiani licet absentibus coniunctim et divisim. ac Jacobo berardo de sancto damiano sindico ut asseruit communitatis dicti loci sancti damiani et sindicario nomine ipsius communitatis et hominum dicti loci aprobavit ratificavit et confirmavit ipsis hominibus ac ratas et firmas habere et tenere promisit omnes libertates franchisias et bonas consuetudines antiquas et novas olim concessas datas et factas ipsis hominibus per illustrem dominum Thomam genitorem suum quondam marchionem saluciarum et antecessores suos easque aprobavit et concessit eis. ac eas promisit dicto Jacobo dicto no-

Digitized by Google

mine et mihi notario infrascripto ut publice persone stipulanti nomine dictorum hominum omnium et singulorum de sancto damiano atendere et observare dictas libertates franchisias consuetudines et bonos mores et eas ratas et firmas habere perpetuo et tenere sub obligatione omnium bonorum suorum et nunquam contra eas facere vel venire aliqua ratione vel causa. Renuncians exceptioni non facte dicte confirmationis aprobationis ratificationis ac promissionis et obligationis et generaliter omnibus aliis juribus et exceptionibus quibus contra predicta modo aliquo possit contrairi. De quibus preceptum est fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum consilio sapientis.

Et ego Petrus marentini de vicecomitibus baudisseti imperiali auctoritate notarius scribaque dicti domini marchionis hiis interfui et hanc cartam fieri rogatus scripsi.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio della Comunità di S. Damiano, vol.* Titoli e scritture antiche.

## N° XXXVI.

### *Convenzione fra il marchese Federico II e la Comunità di Dronero per l'affrancamento dalla tassa della telonea per* 29 *anni mediante franchi* 200 *d'oro all'anno, e facoltà a questa d'imporre altre gabelle.*

1379, 3 *marzo.*

In nomine domini nostri jesu Christi amen. Anno nativitatis ejusdem millessimo tricentessimo septuagessimo nono indictione secunda die tercio menssis marcii. Actum Saluciis sub porticu domus Iohannis filii Thome de Ansermis scita in burgo superiori presentibus me notario et testibus infrascriptis. Noverint universsi et singuli presentes et futuri quod cum Illustris princeps et magniffícus dominus dominus F marchio Salutiarum utens Regaliis in marchionatu suo Salutiarum iusta mores predecessorum suorum vigore privilegiorum antiquissimis temporibus retroactis concessorum per Imperialem magestatem illustribus dominis marchionibus condam predecessoribus domini marchionis predicti imposuiset in marchionatu suo predicto toloneam denariorum duodecim pro libra a qualibet persona vendente

et totidem ab emente ecce quod constituti ante presentiam prefacti domini domini marchionis Constantinus Sola et Constantius bigotus sindaci communitatis et uniuerssitatis dragonarii ad infrascripta peragenda per dictum commune et universitatem dragonarii specialiter electi et habentes plenum posse prefacto illustri domino domino marchioni humiliter suplicaverunt quatenus tolcneam predictam denariorum duodecim pro libra predictis sindicis nomine communitatis predicte dragonarii recipientibus in emphiteosim dare vellet hinc ad terminum et pro pretio et sub pactis et conventionibus contentis in capitulis infrascriptis. Qui dominus dominus Marchio condescendens eorum requisitionibus tamquam benemeritis predictis sindicis nomine communis et communantie dragonarii predictas toloneas affictavit. Infrascripta petunt homines dragonarii ab illustre et magniffico domino domino F marchione Salutiarum pro eo quod ipsi de dragonario retinent nomine communis dragonarii et communantie omnes gabellas quas ipse dominus impossuit in dicto loco dragonarii et communantie ad fictum et pro ficto dictarum gabellarum dant prefacto domino marchioni omni anno usque ad annos viginti novem francos ducentos auri solvendis omni anno transato termino impositionum dicti domini marchionis in festo sancti Martini et requirunt ut infra primo quod dicti de dragonario possint uti dictis gabellis vini sallis pannorum et omnium aliarum mercium et victualium in dragonario ad eorum liberam volumtatem usque ad terminum predictum. Item ipsas coligi facere nomine communis dragonarii usque ad dictum tempus solvendo fictum. Item ipsas contemperare si nimis graves forent ad eorum liberam voluntatem absque aliquo mandato seu contradictione dicti domini marchionis excepto quod non tolantur. Item de eo toto quod exigent pro dictis gabellis possint facere disponere et ordinare quidquid eis videbitur faciendum dummodo redumdent in fortalitiis, et utilitate Communis predicti. Item quod usque ad dictum terminum predictus dominus marchio nullam personam possit facere exemptem vel immunem a solutione dictarum gabellarum exceptis privilegiatis. Item quod prefactus dominus marchio non possit imponere illis de dragonario et communantia in communi alias gabellas nec impositiones nec aliam exactionem quovis nomine censeantur exceptis tamen tempore guerre cavalarie vel nixi foret pro evidenti honore, et utilitate tocius marchionatus et de consensu communitatum totius marchionatus. Item quod predicta pacta non preiudicent aliquid aliquibus aliis franchixiis et bonis consuetudinibus et moribus hominum dragonarii et

Digitized by Google

communantie. Item quod prefactus dominus marchio non possit nec valeat petere dictos francos ducentos seu partem ipsorum usque ad terminum impositionum dicti domini marchionis quas ipsi de dragonario et comunantia solvunt. Item quod prefactus dominus marchio teneatur capere pro dictis franchis CC. de tali moneta suficienti qualis expendetur super terra ipsius domini marchionis sine aliquo cambio dum tamen ipsi solvant pro quolibet francho valorem suum. Que omnia et singula suprascripta et ipse dominus marchio et dicti sindaci dictis nominibus ad invicem promixerunt solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus perpetuo firma et rata habere et tenere atendere et observare et adimplere et non contrafacere vel venire per se se vel alium aliqua occaxione vel caussa de iure vel de facto per directum vel indirectum vel alio colore sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et singulorum hominum dragonarii et comunancie et refectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra. Renunciantes predicti illustris dominus dominus marchio et dicti sindaci nomine ipsorum ac uniuerssitatis et comunancie dragonarii suprascriptas conventiones et pacta non sic fore promissa seu gesta et exceptioni doli mali condicioni sine caussa et iniusta caussa metus et in factum. Ac dicti sindaci nomine dicte universsitatis dragonarii et comunancie beneficio restitutionis in integrum. et omni alii exeptioni defenxioni et iuri vigore quorum contra predicta vel aliquod predictorum venire possent seu vellent sub obligatione et ypoteca quibus supra; de quibus omnibus et singulis preceptum fuit mihi notario infrascripto unum et plura publica instrumenta fieri ipsis partibus semper et quando voluerint presentibus domino petro Riba de Cuneo juris perito Domino Thoma Richicia de Saluciis juris perito magistro domenico phisico de monte regali lodovico hengauna ex dominis Scarnafixii Ugonato de Romagnano et lodovico Raviolii ambobus de Salutiis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis. Et ego Anthonius de Ansermis de Racunixio taurinensis diocesis notarius puplicus imperiali auctoritate hoc presens publicum instrumentum recepi et in publicam formam redegi et ipsum manu propria scripsi et in signum premissorum ibi me subscripsi et signum meum appossui consuetum.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 8.

Digitized by Google

## N° XXXVII.

*Il marchese Federico II di Saluzzo viene a nuova convenzione coi Comuni della Valle superiore della Maira, eccettuati quelli di S. Michele e di Elva, per la prestazione dei formaggi.*

1382, 13 *gennaio.*

**Carta adfictus casseorum facti hominibus acegli et vallis mayrana.**

**Anno domini millesimo CCCLXXXII Indictione quinta die XIII mensis januarii actum in castro Verzolii presentibus domino thoma Rechicie de salucíis jurisperito domino martino donadeo presbitero de aceglio constancio sola et gulielmo fererio de dragonario testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. In quorum presencia cum comunitates vallis mayrane a Ripobreixino supra tenerentur annuatim dare Illustri domino marchioni saluciarum caseos L de aporto pro quibus caseis predicte comunitates habebant franchixias a domino thoma marchione saluciarum quondam de non solvendo in marchionatu suo pedagia et possint paschare cum bestiis eorum per totam terram dicti domini marchionis prout de obligatione dictorum casseorum et etiam franchixiis factis dictis comunitatibus mayrane constat publico instrumento scripto per jacobum palonum notarium sub millesimo CCLXIIII indictione VII die mercuri XX mensis februari et etc. Et predicte comunitates mayrane cessaverint solvere domino marchioni infrascripto et aliis suis antecessoribus predictos casseos L quos solvere tenebantur bene per spacium annorum LXX vel circha pro quo erant in imenssum et maximis penis incursi. Ecce quod constituti aceglietus bernardus et johannes luychus de aceglio johannes aynaudus dictus dau de stropo girardetus martina de canoxio francexius michael de uxolio jacobus bonellus de pratio johannes baymondus de marmore jacobus aymarus de cellis et manfredus vagla de alma nomine omnium comunitatum mayrane a Ripobreixino supra Coram illustre et magniffico principe et domino domino frederico marchione sa-**

Digitized by Google

luciarum eidem domino marchioni humiliter suplicaverunt ut dignetur eisdem comunitatibus remitere penas in quibus incurissent eo quia cessaverunt tanto tempore in solutione dictorum casseorum et etiam quod eos permitat in eorum franchixiis consuetis. Qui dominus marchio eorum suplicationibus inclinatus voluit in predictos nomine dictarum comunitatum brachium sue misericordie et liberalitatis extendere et eisdem nomine dictarum comunitatum remixit omnes penas et multas in quibus incidissent et incurissent eo quia cessaverunt in solucione dictorum casseorum hinc ad diem presentem. Et etiam franchixias eorum confirmavit et aprobavit Et suprascripti de valle nomine comunitatum suprascriptarum promixerunt ipsi domino marchioni stipulanti et recipienti pro se et suis successoribus et mihi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice ipsius domini marchionis et subcessorum suorum omni anno in vigilia sancti martini et sic continuando de anno in annum in perpetuum portare in castro saluciarum eorum sumptibus et expensis Rubos triginta bonorum suficientium et recipientium casseorum videlicet libras XXV pro quolibet rubo et ipsos casseos presentare et consignare magistro hospicii dicti domini marchionis 'seu cui placuerit ipsi domino marchioni sub pena tercii pluris stipulata pena Et hoc pro predictis casseis L quos predicte comunitates solvere tenebantur dicto domino marchioni Et quia predicte comunitates solvebant pro aportu casseorum libras quatuor astenses ipsas comunitates a solucione dictarum librarum quatuor ab inde in antea absolvimus quitamus et liberamus et a solucione dictorum ruborum triginta casseorum comunitates sancti michaelis et elve sint libere et exempte et numquam teneantur aliquid de dictis casseis solvere. Que omnia et singula suprascripta suprascripti ambaxatores nomine dictarum comunitatum promixerunt solempni stipulacione perpetuo firma rata et grata habere et tenere atendere et observare et non contrafacere vel venire per se se vel alium aliqua ocaxione vel caussa de jure vel de facto et tactis corporaliter scripturis juraverunt atendere et observare sub ypotecha et obligacione omnium bonorum eorum et comunitatum predictarum Restitutione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra. Renunciantes predicti illustris dominus marchio et dicti ambaxatores nomine ipsorum et dictarum comunitatum suprascriptas convenciones et pacta non sic fore promissa excepcioni doli mali condicioni sine caussa et ex injuxta caussa metus et in factum ac dicti ambaxatores nomine dictarum comunitatum beneficio restitutionis in integrum et

Digitized by Google

omni alii iuris et legum auxilio. de quibus jubssum fuit mihi notario infrascripto fieri unum et plura publica instrumenta conscilio sapientis.

Et ego anthonius de ansermis de Raconixio taurinensis diocesis notarius publicus imperiali auctoritate hoc presens instrumentum recepi et in formam publicam redegi signoque meo signavi in robur et testimonium premissorum.

*Dai Protocolli del notaio Antonio de Ansermis negli Archivi generali di Stato in Torino, p. 74.*

## N° XXXVIII.

### *Il Consiglio del Comune di Dronero nomina li Uguzone Aynaudo e Gabriele da Arpeasco a suoi sindaci e procuratori per promettere l'osservanza dei patti e convenzioni concluse fra Amedeo VIII conte di Savoia e Tommaso III marchese di Saluzzo il 22 del precedente mese di giugno.*

1413, 30 *luglio.*

In nomine domini Amen. Anno Ejusdem millesimo quatercentesimo XIII Inditione sexta die penultima mensis julii Per hujus publici Instrumenti Tenorem universis et singulis tam presentibus quam futuris pateat evidenter quod Comunitas Dragonerii habens plenam et veram noticiam ac informationem de promissionibus et conventionibus inhitis et celebratis inter Illustrissimum et excelsum principem dominum dominum Amedeum Comitem Sabaudie et Illustrem et magnificum dominum Thomam Marchionem Saluciarum de quibus promissionibus et conventionibus constat publico fidelitatis instrumento recepto per Johannem Bombati notarium publicum atque prelibati Excelsi domini domini Comitis secretarium Et per ludovicum de *parisseto* notarium publicum et prefacti Illustris domini marchionis secretarium presenti anno et die vicessima secunda mensis junii In teritorio Illustrissimi domini Comitis prelibati In campis ante et prope salucias Et volens ipsa Comunitas et homines ipsius

loci dragonerii dictas conventiones et promissiones adimpleri quantum ad ipsam comunitatem et homines ejusdem spectat tangat ac concernat hinc est quod In pleno et generali consilio totius ejusdem comunitatis et comunantie et hominum dicti loci Dragonerii ad sonum campane ter pulsate ut moris est In porticu domus potestarie dicti loci In quo quidem Consilio adherant plures quam due partes Conscilliariorum omnes unanimes et concordes quorum nomina sunt hec Stephaninus azardi Constantius petri Petrus de arpeasco Jordanus Racha Bernardus de butinonibus domenicus de laphopa anthonius ysnardi Johaninus paschallis franciscus martina Baldesal marini Johanes tabaria Jacobus facii Bertholotus de Bertholotis petrinus alexiardi Giraudotus astessana Martinus margaria Laurencius Salamonus et Bergognus de cogno In mei notarii publici subscripti et testium infrascriptorum presencia supradicti conscilliares cum auctoritate consensu et voluntate Nobilis domini georgii de sancto damiano locumtenentis Egregii domini Thome ysnardi de castello honorabilis potestatis dicti loci dragonerii et Tocius vallis mayrane precedentibus mandato et deliberatione prefacti Illustris domini Marchionis sponte et ex certa scientia et non per aliquem erorem nec dolum sed omni meliori modo et respectu ac jure causa et forma quibus firmius et validius valere possit et teneri fecerunt constituerunt et creaverunt ac faciunt constituunt et creant prudentes viros huguzonum aynaudum et Gabriellem de arpeascho de dicto loco dragonerii presentes et consentientes ac sponte presens mandatum suscipientes eorum et dicte comunitatis et hominum ejusdem loci dragonerii certos veros et indubitatos sindicos seu procuratores et actores ac nuncios et quicquid melius dici et appellari possint ad obligandum supradictam comunitatem et tam homines ejusdem nominibus propriis quam comunitatem antedictam prefacto Illustrissimo domino domino Comiti seu ejus nuncio recipienti ejus nomine per quecumque Instrumenta nec non ad eidem Jurandum In animam et super animam omnium et singulorum hominum predictorum dicte comunitatis Et ad promitendum pro dicta comunitate et Iurandum nominibus suis et dicte comunitatis loci predicti de dragoneriis tactis dei evangeliis et sub suorum omnium bonorum presentium et futurorum obligatione facere et curare cum effectu quod omnia et singula per prefactum Illustrem dominum marchionem promissa prelibato Illustrissimo domino domino Comiti in dicto fidelitatis Instrumento per ipsum Illustrem dominum marchionem et ejus successo res inviolabiliter attendentur et observabuntur. Item ad promitendum et Iurandum ut supra predicta omnia et

singula teneri et firmiter observare et numquam per se aut alium quomodolibet contrafacere vel venire palam vel oculte directe vel indirecte sed cuicumque volenti contrafacere vel venire aliqualiter non consentire consilium auxilium vel favorem non dare vel prebere sed contrafacienti vel venire volenti cujuscumque status vel condicionis existat totis viribus contradicere repugnare et obviare Et etiam prefacto domino marchioni et ejus successoribus si forte quod absit contra premissa facerent seu etiam tam per indirectum quam per directum facere atentarent in futurum contra ipsos eorum *vel* quelibet eo casu cum prelibato Illustrissimo domino domino Comiti ejusque successoribus esse eisdemque in premissis et ad ipsorum observationem effectualiter tamquam ipsius Illustrissimi domini domini Comitis veri fideles et subdicti asistere parere et obedire dantes et concedentes ipsi consciliares dictis eorum nominibus et dicte comunitatis dictis suis sindicis et procuratoribus ad predicta omnia et singula facienda et exercenda cum omnibus et singulis dependentibus emergentibus et conexis plenam et generalem administrationem cum pleno et libero et generali mandato ac speciale si mandatum exigat speciale in casibus in quibus exigeretur. Promitentes dicti consciliares constituentes dictis eorum propriis nominibus ac vice et nomine dicte comunitatis sub expressa obligatione omnium bonorum dicte comunitatis ac mihi notario infrascripto nunc publice persone et officio publico stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum habere tenere perpetuo rata grata et firma omnia et singula suprascripta et numquam in aliquo contrafacere vel venire de jure vel de facto sub obligatione omnium bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum dicte comunitatis et hominum ejusdem. Et ad majorem roboris firmitatem omnium predictorum universi et singuli suprascripti consciliares Iuraverunt ad sancta dei evangelia manibus tactis sacrosanctis scripturis in manibus mei notarii infrascripti stipulanti et recipienti nomine et vice quorum interest et interesse poterit in futurum se perpetuo habere et tenere rata grata atque firma omnia et singula que fuerunt gesta jurata atque promissa in predictis vel circa per suprascriptos eorum et dicte comunitatis sindicos et procuratores quatenus ipsam comunitatem et homines ejusdem concernunt et concernent et nunquam per se vel alium quomodolibet contrafacere vel venire palam vel oculte directe vel indirecte sub omnium bonorum tam dicte comunitatis quam dictorum hominum expressa obligatione Renuntiantes prenominati consci-

Digitized by Google

liares eorum certa scientia omni actioni exceptioni doli mali vix metus et in factum conditioni sine causa ob causam vel ex iniuxta causa exceptioni dicti juramenti prestationis et promissarum non factarum ut supra et omnium premissorum non sic legitime factorum et rei aliter scripte quam dicte et e contra et omni alii juri canonico et civili quo contra presens mandatum seu premissa facere vel venire possent. De quibus omnibus dicti consciliares fieri rogaverunt per me notarium infrascriptum publicum instrumentum conscilio sapientis ditandum. Actum in dragonerio anno et die quibus supra In porticu domus potestarie predicte presentibus leonello azardo notario Lanfranco delaphopa Constancio patta ludovico faravello et Jacobo goxmaro omnibus in dicto loco dragonerii residentiam facientibus Testibus ad premissa omnia adhibitis vocatis et rogatis.

Ego autem Jordanus Resplendinus Taurinensis diocesis et loci Acelii publicus Imperiali auctoritate notarius hiis omnibus dum sic agerentur una cum dictis testibus interfui et hoc Instrumentum inde fieri rogatus propria manu in hanc publicam formam transcripsi et signo consueto signavi in testimonium premissorum.

*Dalla pergamena originale degli Archivi generali di Stato in Torino, provincia di Cuneo, mazzo* 6, *n°* 7.

## N° XXXIX.

### *Baldassarre di San Damiano conferma le franchigie e libertà del Comune ed uomini di Zoardo e Cartignano e ne riceve il giuramento di fedeltà.*

1420, 13 *febbraio.*

In Nomine domini Amen. Anno Eiusdem Millessimo Quatercentessimo Vicessimo Inditione XIII.ª die tertia decima mensis febroarij Noschat modernorum presentia et futurorum posteritas non ingnoret quod Cum Exigat Equitas et ratio suadeat malos penis affici et Bonos dignis premiis predoctari Idcirco Sppectabilis et Egregius dominus Baldesal de sancto damiano dominus Cartignani et choardi et iuriditionis ipsorum Considerans

puritatem fidelitatem et legalitatem hominum et personarum dictorum locorum cartignani et choardi quam hactenus gesserunt et habuerunt tam erga dictum dominum Baldesalem dominum suum quam etiam Erga Sppectabiles felicis memorie predecessores suos dominos Chartignani et choardi merito hec talia Exigunt ut eis illa concedantur per que a sarcina in aliquo subleventur et desiderata suscipiant incrementa Et volens maiorum suorum vestigia immitari Ad remunerationem fidelitatis predicte et obsequiorum sibi et suis predecessoribus per dictam communitatem seu communitates nunc simul in unam coniunctas prestitorum Graciosse Benevole et proprio motu suo Et sua certa scientia et spontanea voluntate omnibus melioribus modo iure via et forma quibus melius potuit Ad humillem supplicationem et requisitionem providorum virorum Ber*tholomei gavi*gli et Martini Berbieris sindicorum et procuratorum communitatis predicte cartignani et choardi specialiter constitutorum tam pro recipiendo et requirendo ab ipso domino Bal*desale fran*chixiarum et libertatum dicte communitatis confirmationem et ratificationem nomine ipsius communitatis quam etiam pro faciendo eidem domino Baldesali et prestando nomine dicte *Communitatis* cartignani et choardi et singularum personarum eiusdem fidelitatis debite iuramentum de quo sindicatu et procura est instrumentum receptum per me iordanum resplendini notarium publicum subscriptum sub Anno domini millesimo Quatercentesimo XVIIII.° inditione XII. die XV.° mensis decembris Confirmavit Approbavit de novo fecit et ratificavit omnes et singulas franchixias libertates immunitates consuetudines et Bonos mores ac gracias olim factas datas et concessas dicte comunitati cartignani ac choardi hominibus et personis dictorum locorum et iurisditionis tam eorum personis quam eorum Bonis per quoscumque predecessores ipsius domini Baldesalis Et specialiter per Bonos recolende memorie Sppectabiles et Egregios dominos iacobum de sancto damiano et dominum Guillelmum de sancto damiano condam Genitorem ipsius domini Baldesalis Ac libertates et franchixias Antiquas et novas per quoscumque suos predecessores predicte communitati de cartignano et choardo et personis eiusdem concessas Nec non quascumque donationes venditiones et omnes alienationes dactas factas et concessas tam per dictum condam dominum genitorem suum quam per quoscumque alios predecessores suos in communi vel in singulari dictis hominibus et communitati de cartignano et choardo et omnes alios contractus cum eis celebratos faciendo

Digitized by Google

omnia predicta idem dominus Baldesal Eisdem hominibus et personis dicte communitatis et ibidem in futurum habitantibus Ac etiam supradictis sindicis et procuratoribus sindicario nomine dicte communitatis et iuriditionis Einsdem nec non michi notario publico subscripto nomine publice persone stipulantibus et recipientibus vice et nomine dicte communitatis et omnium et singularum personarum eiusdem. de quibus franchixiis libertatibus gratiis immunitatibus dicte communitati factis et concessis patet publico instrumento concessionis felicis memorie predicti condam domini iacobi de sancto damiano recepto et facto per iacobum scariam notarium publicum de periis sub anno domini millesimo Trecentesimo Quadragessimo sexto inditione XIIII.ª die XIII.ª mensis martii in sancto damiano Quod incipit in tertia linea Albrico et finit rog. Et alio instrumento confecto per Johannem de moycia notarium publicum de dragonerio sub Anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo Inditione XV.ª die quinta Aprilis quod incipit in tertia linea Berbieris et finit in eadem rog. confirmationis franchixiarum prelibati condam domini Guillelmi genitoris ipsius domini Baldesalis nec non instrumento sententie arbitralis lacte inter predictum condam dominum Guillelmum et communitatem predictam per dominum Bergadanum de bonellis scripto per Boninum tibergam notarium publicum de saluciis sub Anno domini millesimo quatercentesimo octavo inditione prima die XII.º intrante mense decembri; Cum quodam alio instrumento facto per ipsam communitatem predicto condam domino Guillelmo de duodecim lezatis lignorum recepto per Guillelmotum Aynaudum notarium publicum de dragonerio sub anno domini millesimo quatercentesimo inditione die . Quas quidem franchixias concessiones libertates immunitates et bonas consuetudines antiquas et novas idem dominus Baldesal promisit per se et suos successores et ad sancta dei evangelia tactis scripturis sanctis iuravit dictis sindicis et procuratoribus et michi iam dicto notario solempniter stipulantibus et recipientibus nomine et vice omnium et singularum personarum dicte communitatis et iuriditionis et omnium quorum interest intererit aut in futurum poterit interesse habere perpetuoque tenere observare et adimplere et nunquam contrafacere dicere vel venire per se vel aliam interpositam personam *aliqua* occaxione seu causa ingenio de iure vel de facto aliquo tempore sive loco sub suorum omnium obligatione bonorum Et restitutione dampnorum et expensarum ac interesse *litis et* extra Renuncians dictus do-

Digitized by Google

minus Baldesal in premissis et circa Exceptioni dictarum concessionum franchixiarum libertatum immunitatum et bonarum consuetudinum non *sic ut supra fac*tarum et non sic de novo concessarum et exceptioni doli mali et in factum conditioni sine causa vel ex iniusta causa ut omni alii iuri canonico et civili. Insuper pre*dicti Bartholo*meus gaviglus et Martinus Berbierius sindici et procuratores antedicti suis propriis nominibus ac vice et nomine dicte communitatis cartignani et choardi et singularum *personarum* eiusdem fecerunt homagium et fidelitatem predicto domino Baldesali stipulanti et recipienti pro se et sui successoribus Et ad sancta dei evangelia *tactis* corporaliter scripturis sanctis iuraverunt quod ipsi et omnes homines et persone dicte communitatis et comunantie ac iuriditionis cartignani et choardi erunt perpetuo eidem domino Baldesali et successoribus suis fideles legales et obedientes Et omnia universa et singula fideliter tenebunt facient et seruabunt Erga ipsum dominum Baldesalem et eius successores que in forma fidelitatis nova et veteri plenius continentur. de quibus omnibus et singulis tam per prefactum dominum Baldesalem quam per dictos sindicos suo et dicto nomine jubsum fuit michi notario subscripto fieri publicum instrumentum conscilio sapientis si fuerit oportunum. Actum in Cartignano videlicet intra palacietum domus habitationis prefacti domini Baldesalis presentibus francisco iayme Jacobo turpino ambobus de sancto damiano Constantio Abello de vallegrana Georgio bonello famulis curie dragonerii Johanne clementi de Accelio Johanne Scuerio ambobus habitatoribus dragonerii et Ramondeto simondo de moscheriis Testibus ad premissa omnia vocatis et rogatis.

Ego autem Jordanus Resplendini taurinensis diocesis et loci Accelii publicus Imperiali Auctoritate notarius hiis omnibus et singulis una cum dictis testibus dum sic agerentur interfui eaque omnia in notam recepi Ex qua presens instrumentum in hanc formam publicam propria manu transcripssi et signum meum apossui *con*suetum in fidem robur et testimonium omnium premissorum.

*Dalla pergamena originale dell'Archivio della Comunità di Cartignano.*

Digitized by Google

## Nº XL.

### *Quitanza di fiorini* 700 *e di ogni altro suo credito passata dal Mastro Antonio..... alli Sindaci della Comunità di Dronero per la fabbrica del nuovo ponte sulla Maira ed altre opere.*

1428, 16 *marzo.*

**In nomine domini nostri Jesu christi amen. Anno ejusdem millesimo quatercentesimo vigessimo octavo indictione sexta die XVI mensis martii In Dragonerio actum sub portichu antonini mori presentibus ipso antonino constantio galiano Antonio Rostagni omnibus de dicto loco et in dicto loco ressidentiam facientibus et Gulliermino tortelli de Sancto Damiano testibus ad hec vocatis et specialliter rogatis In quorum et mei notarii presentia noverint universi et singuli hoc presens publicum Instrumentum Inspecturi vissuri et etiam audituri Cunctis appareat manifestum quod cum Bernardus de butinonibus et domenicus poynta de dragonerio sindici et sindicario nomine communitatis et universsitatis dragonerii ut publice fatebantur et asserebant dumdum tenerentur et essent efficaciter obligati magistro Antonio . . . . . . . . . . decenti seu habitatori dicti loci magistro pontis lapidum dragonerii generaliter in diversarum pecuniarum quantitatibus et specialiter in florenis septingentis regine vel circa ut Constare dicebant publico instrumento recepto manu Jordani Resplandini notarii publici sub millesimo indictione et die in ipso legitur et continetur ex causa fabrice pontis predicti quam etiam ex alliis variis et pluribus de caussis prout dicti Bernardus Domenicus et magister Antonius coram me notario et testibus suprascriptis publice fatebantur et Inde constare dicebant nonnullius publicis documentis. Tandem ad instantiam et requissitionem dictorum Bernardi et Domenici nomine ac sindicario nomine quo supra fuit confessus et contemptus et solempniter ac in veritate recognovit dictus magister Antonius se a dictis Bernardo et domenico sindicis et sindicario nomine ut supra hemsisse et recepisse plenam et integram so-**

10

luptionem et satisfactionem in diversis soluptionibus et in diversis vicibus de omnibus universis et singulis debitis obligationibus petitionibus venturis seu demandis quibuscumque in quibuscumque dicti Bernardus et domenicus sindicario nomine ut supra seu alteri nomine dicte communitatis et universitatis ipsi magistro Antonio tenerentur seu teneri poterant ac reperirentur modo quolibet obligati ratione alicujus instrumenti debiti seu rei aut allicujus scripture publice vel private aut alia quacumque occasione vel causa aut jure quocumque usque ad hanc presentem diem et horam de quibus omnibus et singulis supradictis dictus magister Antonius ipsos Bernardum et domenicum sindicario nomine quo supra seu alterum vel alteros nomine dicte communitatis quitavit liberavit penitus et absolvit pactumque validum et solempne sibi fecit de ulterius aliquid non petendo. Renuntians dictus magister Antonius nec per alium eis nomine fieri petendo Renuntians dictus magister Antonius certificatis specialliter et spresse omni excepta dicte plenarie solutionis et satisfactionis non habite et non recepte et sibi ex caussa predicta non facte nec solute et spei future receptionis traditionis habitionis solutionis et in factum doli mali actioni condictioni sine caussa et jurisdictione confessionem extra judicium factam non valere omnique alii juris auxilio aquitando liberando et absolvendo dictus magister Antonius ipsos Bernardum et domenicum sindicario nomine quo supra aut allium seu allios nomine dicte communitatis de omnibus et singulis debitis obligationibus petitionibus venturis seu demandis in quibus dicti Bernardus Domenicus seu alteri nomine dicte communitatis ipsi magistro Antonio tenebantur seu teneri poterant quacumque ratione vel . . . . . ad hanc presentem diem et horam propter legem aquilianam et acceptilianam stipulationem legum subsecutarum faciendoque eisdem de predictis omnibus et singulis . . . . . . . . . . finem absoluptionem solutionem remissionem et pactum expressum validum et solempne de ulterius alliquod non petendo. Promittens insuper dictus magister Antonius per se et suos heredes et successores eisdem Bernardo et Domenico seu alii quibuscumque nomine dicte communitatis per se suisque heredibus aut successoribus stipullantibus predictam pacem finem quitationem absolutionem remissionem et pactum de ulterius non petendo alliquid una cum omnibus et singulis supra et infrascriptis rattam gratam et firmam habere perpetuoque tenere et numquam contrafacere dicere vel venire per se vel alium seu allios ratione alliqua sive causa de jure vel de facto aliquo tempore sive loco sub obligatione omnium suorum bonorum pre-

Digitized by Google

sentium et futurorum cum omnium singulorum dampnorum et spenssarum et interesse litis et extra eisdem Bernardo domenico et aliis quibuscumque nomine dicte communitatis restitutione integraliter facienda de quibus dampnis expensis et interesse litis et extra dictus magister Antonius credere et stare promixit verbo simplici dictorum Bernardi et Domenici seu alterius nomine dicte communitatis sine testibus et juramento et probatione alterius interventu Volens tamen et precipiens dictus magister Antonius ex hujus instrumenti tenore omnia instrumenta noctas mandamenta et quasvis alias scripturas publicas vel privatas manu cujuscumque notarii seu publice scriptas in favorem dicti magistri Antonii contra dictos Bernardum Domenicum seu alterum vel alteros nomine dicte communitatis a se cassas vanas irritas atque vanas et nullas ita quod nullam obtineant roboris firmitatem Nec non precipiens cuicumque notario qui noctas ac instrumenta hactenus confecerint in favorem dicti magistri Antonii quatenus ea seu eas abolent canzellent quandocumque per eos fuerint requisiti. Predicta autem omnia universa et singula dictus magister Antonius promixit in manibus mei notarii infrascripti vera esse attendere complere et . . . . . . . contrafacere dicere opponere vel venire per se vel allium seu allios ratione aliqua sive causa de jure vel de facto. De quibus omnibus et singulis suprascriptis dicti Bernardus et domenicus nomine quo supra petierunt sibi fieri publicum instrumentum consillio et dictamine cujuslibet sapientis jurisperiti toties quoties fuerit opportunum.

Et ego Aldebertus Aynaudus de Dragonerio taurinensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam rogatus scripsi et signo meo consueto signavi in testimonium veritatis omnium premissorum.

*Dall'originale in pergamena esistente nell'Archivio della città di Dronero. Pergamene, vol. I, n°* 9.

Digitized by Google

## N° XLI.

### *Il marchese Ludovico I di Saluzzo fa gratuita cessione alla Comunità di Dronero di tutti i diritti e ragioni che aveva sopra una casa situata nel Borgo Mezzano di detto luogo.*

1434, 17 *maggio.*

In nomine domini Amen Anno ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo quarto Indicione duodecima die septemdecima mensis madii Actum in castro dragonerii videlicet in sala inferiori dicti castri. Presentibus magnifico milite domino Valarano de saluciis nobilibus gileto de geneba et anthonio martine notario et secretario infra scripti Illustris domini nostri domini Marchionis saluciarum. Testibus ad infra scripta vocatis et rogatis. Noverint universi et singuli quod illustris et excelsus princeps et dominus dominus noster dominus Ludovicus marchio saluciarum pura et mera liberalitate motus per se et suos successores quoscumque dedit et donavit plene libere simpliciter et Inrevocabiliter que . dicitur interminos Comunitati et comuni dicti loci dragonerii et michi notario publico subscripto more publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine dicte comunitatis et comunis et omnium et singularum personarum dicte comunitatis et omnium quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum omnia universa et singula jura actiones et rationes sibi nunc vel in futurum et quocumque jure seu titulo spectantes seu spectancia vel spectancia quacumque ratione seu causa in et super quadam domo donata faceto marie quondam habitatore dragonerii per felicis recordationis memoriam dominum Marchionem saluciarum situatam et jacentem in burgo mediocri dragonerii. Cui coherent heredes nobilis nicoleti de sancto damiano Stefanus maceri Et via comunis. Et si alii sint confines permaneant Ad habendum tenendum fruendum Cum omnibus et singulis juribus et partinenciis etc Constituendo prefactus Illustris dominus marchio.

Ego christophorus de columberio de marmore publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam seu notam quam jordanus

Digitized by Google

resplandini quondam notarius publicus de acelio recepit et notavit et mortis interventu adimplere non potuit Ex comissione et auctoritate michi actributa et concessa ab Egregio domino antonio payronelli de paglierio licenciato in legibus potestate que dragonerii et vallis Mayrane prout in protocollis seu notis dicti quondam jordani inveni scriptum et notatum fideliter et per ordinem nichil addicto vel mutato quod substantiam mutet veritatis vel intellectum mea propria manu exemplavi et in hanc publicam formam reddegi signo meo consueto signavi in testimonium omnium premissorum.

*A tergo della pergamena sono scritte in caratteri del secolo* XV *e simili a quelle dell'atto le seguenti due intitolazioni:*

Instrumentum donacionis domus comunis coherent via a duabus partibus et Jofredus berardi data per I. D. D. nostrum videlicet locum suprascripte domus.

Instrumentum domus comunitatis dragonerii

*Estratto dall'originale in pergamena dell'Archivio della città di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 10.

## N° XLII.

## *Convenzione fra Bartolomeo Scaria e Gabriele de Arpeasco, sindaci del Comune di Dronero, per la fabbrica dell'ospedale dello stesso luogo col Giacomo Reynaldi del Nocerato.*

1437, 20 *agosto.*

Anno domini millesimo CCCC XXXVII indicione XV die vero XX mensis augusti. Actum loco juris dragonerii. Presentibus nobili georgio de sancto damiano hugheto marini filio Johannis et thoma vallate filio johannis. Testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Serie hujus presentis publici instrumenti Cunctis tam presentibus quam futuris constet evidenter quod Bartholomeus scaria et Gabriel de arpeasco syndici comunitatis dragonerii asserentes se a consilio dragonerii ad infra scripta peragenda

habere potestatem et mandatum. Constituti in mei subscripti notarii ac testium suprascriptorum presencia syndicario nomine comunitatis predicte dederunt et fermaverunt jacobo reynaldo filio gullielmi de nocerato districtu dragonerii ibidem presenti et acceptanti pro se et suis fabricam et reparationem hospitalis dragonerii pactis et conventionibus infrascriptis. In primis quidem convenerunt et promiserunt dicti syndici nomine predicto ipso jacobo reynaudi scriptura habere ipsi jacobo reynaudi in dicto opere fabricando seu construendo manuales duos nec non omnes lapides calcem arenam omnia lignamina lausas et omnia alia dicto operi necessaria conducenda ad dictum hospitale sumptibus dicte comunitatis. Et viceversa dictus jacobus reynaudi per se et heredes suos solemniter promisit et convenit predictis Bartholomeo et Gabrielli nominibus quibus supra stipulantibus et acceptantibus bene et sufficienter murare parietem seu murum ipsius hospitalis videlicet subteriorem a solo ipsius muri et ipsum murum elevare a solo ipsius muri usque ad aciem seu in altitudinem alterius muri deversus viam publicam omnia que lignamina tam coperti quam solarii exceptis assidiorum pro solario bene et sufficienter zapntare et in ipsis muris affigere ipsam que domum seu hospitale sufficienter cornisare et copertum reddere omnibus ipsius jacobi sumptibus et expensis. Pro qua quidem fabrica seu opere predicto ut premittitur adimplendo dicti syndici nomine predicto dare et solvere promiserunt eidem jacobo reynaldi presente predicto stipulanti et acceptanti videlicet florenos decemnovem parvi ponderis valoris grossorum duodecim pro singulo ipsorum. Promittentes dicte partes scilicet una alteri vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus pactiones et promissiones predictas ratas gratas validas atque francas habere perpetuo que tenere Littem que seu questionem aut controversiam premissorum occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire tacite vel expresse per se seu alias submissas personas aliqua ratione sive causa seu aliquo tempore sive loco de jure vel de facto sub ipsorum et cujuslibet eorum ypoteca et obligatione bonorum omnium mobilium et immobilium habitorum et habendorum ac integrali refectione omnium dampnorum expensarum et interesse litis et omnium patiendorum et sustinendorum in judicio sine opera in deffectum premissorum. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligaverunt ipse partes videlicet ipsi sindici omnia bona dicte comunitatis et ipse Jacobus omnia bona sua mobilia et immobilia. Et premissa omnia et singula prout supra sunt expressa dicte partes

Digitized by Google

**promiserunt in manibus mey notarii infrascripti attendere et observare. In nullo que premissorum contrafacere dicere vel venire per se seu alias personas aliqua ratione sive causa de jure vel de facto sub obligatione ac reffectione quibus supra. Renunciaverunt que exceptioni doli mali in factum actioni condictioni sine causa exceptioni non sic celebrati contractus dictarum pactionum promissionum conventionum et obligationum ut premittitur non factarum Et demum omnibus aliis exceptionibus privilegiis et auxiliis canonicis et civilibus ac municipalibus licet hic non expressis quorum presidiis contra premissa seu aliquod premissorum venire possent seu in aliquo se thueri quibus omnibus expresse renunciaverunt. De quibus omnibus suprascriptis per ipsas partes rogatum fuit sibi fieri instrumentum per me notarium publicum infrascriptum.**

**Et ego Ludovicus de Fopa de dragonerio publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus dum ut premittitur agerentur una cum testibus suprascriptis presens fui vocatus et a partibus suprascriptis rogatus de premissis instrumentum sumpsi et scripsi et me subscripsi cum appositione mey tabellionatus signi consueti.**

*Estratto dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 11.

## N° XLIII.

### *Atto di procura fatto dal Consiglio del Comune di Dronero alli Bartolomeo Scaria, Costanzo Aizardo, Ludovico de Fopa e Giovanni Aizardo per rappresentarlo in tutte le cause tanto avanti il Marchese di Saluzzo e suo Vicario, quanto avanti ogni altro giudice sì secolare che ecclesiastico.*

1439, 8 *gennaio.*

**Anno domini millesimo CCCC tricesimo nono Indictione 11ª die octava mensis janoari actum sub porticu domus comunis locy dragonerii ubi reditur jus presentibus ibidem discreto viro guillielmoto eynaudi notario et anthonio caglano dicti locy dra-**

gonerii ad infrascripta testibus vocatis et rogatis in quorum presentia et mei notarii infrascripti Noverint universi et singuli quod cumvocato et congregato consillio universitatis et comunitatis dicti locy dragonerii et comunantie ejusdem ad instantiam et requissicionem discretorum virorum petrini mori et jacobi galiani aliter de bolio sindicorum locy et comunantie ejusdem ad infrascripta peragenda sub supradicto porticu domus comunis ubi solet consilium dicti locy dragonerii et comunantie teneri de mandato et licentia egregii viri domini anthonii peyroneli potestatis dicti locy dragonerii voce precona et sono campane more solito. In quo quidem consillio adherant consiliarii infrascripti qui erant plus quam due partes consilliariorum dicti locy dragonerii et comunantie qui erant in numero duodecim facientium ipsi si quidem consilliarii inferius nominati cum consensu et auctoritate predicti domini potestatis eorum propriis nominibus et vice et nomine comunitatis et comunantie ac hominum earumdem prout melius fortius et validius de jure potuerunt de mandato et parte ejusdem domini potestatis obtento quod constitui debeant infrascripti sindici et procuratores fecerunt obtinuerunt et solempniter ordinaverunt eorum nominibus propriis et dictorum hominum ac comunitatis et comunantie earumdem suos certos nuncios actores factores procuratores et sindicos legiptimos providos et discretos viros bartholomeum scariam costantium ayzardum et ludovicum de fopa dicti locy dragonerii notarium presentes et onnus hujusmodi procure et sindicatus in se sponte suscipientes nec non Johannem ayzardum notarium filium gullielmi de roquabruna absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in solidum ita quod oco . . . . . condicio . . . . . non existat sed quod unus ipsorum incepit alter prosequi mediare et finire possit specialiter et expresse ad se se presentandum coram illustrissimo domino domino nostro marchione saluciarum vicario suo et aliis magistratibus suis ubi fuerit expediens et opportunum in causa contra ipsam comunitatem comunantiamque et homines dicti locy mota in et supra oficio justiciariorum et notariorum caussarum civilium preceptis et ordinationibus noviter factis per vicarium prelibati domini domini nostri marchionis saluciarum et per potestatem dicti locy et in dicta causa in omnibus dependentibus emergentibus et conexis comprobandum causandum et deffendendum et omnia alia faciendum que in dicta causa fuerint necessaria et oportuna nec non etiam ad producendum libertates franchixias dicti loci dragonerii et comunantie et super ipsis et bonis consuetudinibus conservandis capitula intercedendi

Digitized by Google

et probandi per omne genus probationum et generaliter ad omnes alias et singulas causas ipsarum comunitatis et comunantie negotia que lictes et questiones tam motas quam movendas tam in agendo quam in defendendo et quas ipsa comunitas et homines dicti locy dragonerii et comunantie habent et habere possent seu vissi sunt habere cum quacumque persona seu personis tam ecclesiasticis quam secularibus nec non comuni colegio et universitate et coram quocumque judice ordinario et delegato seu comissario oficiali quocumque auctoritate fungenti ad libellum dandum et recipiendum lictem et lictes contestandum positiones quoscumque faciendum et factis per partes respondendum exceptiones perentorias et alias quascumque opponendum et oppositis replicandum triplicandum et contradicendum dilationes quascumque petendum juramentum calumpnie malicie et cujuslibet alterius generis. Juramentum super animas ipsorum consilliariorum constituendum prestandum. Judices elligendum et recussandum suspectos dandum et causas suspicionis allegandum et recussandum testes et instrumenta ac quecumque genera probationum producendum contradicendum et nominandum productos seu producta reprobandum impugnandi beneficium absolutionis et restitutionis in integrum petendum et obtinendum sententias quascumque tam deffinitivas quam interlocutorias audiendi et proferri et exequtioni demandari postulandi et ab eis et a qualibet et ab omni gravamine si opus fuerit appellandi et de nulitate protestandi appellationem prosequendi apostolos et literas dimisorias petendi et requirendi nec non jura quecumque ejusdem comunitatis seu comunantie ac omnium . . . . . . . . . deffendendi procurandi et diligenter pertractandi et ad sese compromitendi de . . . . . . . . sostituendi unum vel plures procuratores sindicos et nuncios speciales qui similem habeant potestatem et generaliter Ita quod ipsa generalitas specialitati non deroget et e converso ad omnia alia et singula tractanda et pertractanda que in premissis et circha necessaria utilia fuerint pariter et oportuna cum omnibus emergentibus et conexis ex eisdem et quolibet predictorum et omnia dicendi faciendi et extendendum que ipsimet constituentes facere possent si presentes adessent et si mandatum exigerent magis speciale. dantes et concedentes dicti constituentes super nominati nominibus eisdem procuratoribus et sindicis et cuilibet eorum in solidum ac substitutis et substituendis ab eis seu altero ipsorum in solidum plenum liberum et generale ac speciale mandatum cum plena libera ac generali et speciali administratione in predictis omnibus et singulis et

circha quodlibet predictorum. Promittentes insuper dicti constituentes nominibus quibus supra per solempnem stipulationem et sub obligatione bonorum dicte comunitatis hominum et comunantie eisdem quorumcumque tam habitorum quam habendorum dampnorum et expensarum restitucionem litis et extra mihi notario infrascripto ut publice persone stipulanti vice et nomine et ad opus omnium et singulorum quorum de premissis vel aliquod premissorum interest intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum habere perpetuo et tenere ratum gratum et firmum omne id et quodquod per dictos sindicos et procuratores seu altero ipsorum in solidum et substituto ac substituendo ab eis seu altero ipsorum actum gestum procuratum ve fuerit in predictis et circha quodlibet predictorum cum omnibus emergentibus et conexis ex eisdem. Judicio que sisti et judicatura solvi cum omnibus suis clausulis universis et opportunis fidejubentes pro ipsis sindicis et procuratoribus et quolibet eorum aut substituendum et substituendos ab eis seu altero eorum erga me notarium infrascriptum stipulantem et recipientem ut supra et nomine quo supra in omnem causam et eventum premissorum sub ypotecha et obligatione jam dicta. Nomina vero dictorum consilliariorum qui ad predicta interfuerunt sunt hec Anthonius karolus georgius de sancto damiano Gabriel de Arpeasco bartolomeus scaria jacobus galiani aliter de bolio petrinus mori aldebertus martina costantius ayzardus johannes de fopa stephànus marini johannes donadei anthonius riueri. de quibus jubsum fuit mihi notario infrascripto fieri publicum instrumentum consilio et dictamine unius sapientis vel plurium si jam fuerit opportunum.

Et ego thomas galiani de ruata nocherati foresto dragonerii publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus presens interfui una cum dictis testibus vocatis et rogatis hanc cartam rogatus scripsi signoque meo solito signavi in fidem et robur premissorum.

*Dalla Pergamena originale dell'Archivio della città di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 12.

Digitized by Google

## N° XLIV.

*Il marchese Ludovico I di Saluzzo rinnova alla Comunità di Dronero l'affittamento della tassa della Telonea per altri anni 29, mediante la pensione o censo di ducento venticinque ducati d'oro all'anno.*

1440, 23 *agosto.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Indicione tertia die vigesima tertia menssis Augusti. Noverint universi et singuli presentes pariter et futuri. Quod constituti ante presentiam Illustris Principis ac excelsi domini nostri domini Ludovici marchionis salutiarum. Providi ac discreti viri Antonius Karoli et Constancius Ayzardi de dragonerio sindici et ambaxiatores ac legati comunitatis et cumunantie dicti loci dragonerii. Ad requirendum impetrandum et obtinendum a prefacto domino nostro marchione afflctamentum Tolonearum et Gabellarum dictarum comunitatis et cumunantie ad quas et que tenentur homines et persone predictarum ac omnes et singuli vendentes vel ementes in eodem loco sive jurisdictione ejusdem loci genera quecumque rerum sive mercium erga prefactum dominum nostrum videlicet denariorum duodecim pro libra pro quolibet vendente et totidem pro quolibet emente et ad infrascripta specialiter constituti et creati videlicet ad promittendum nomine et vice Comunitatis et Cumunantie predictarum et se obligandum ut infra fidem facientes de eorum potestate et baylia per copiam ordinationis et proposite Consiliariorum ejusdem loci tabelionate ut infra ac manualiter exhibite quarum quidem proposite potestatis et baylie tenor infra sequitur et est talis Anno domini Millesimo CCCC XL inditione tertia die XVII menssis augusti In pleno et generali Consilio Comunis hominum dragonerii et eius Cumunantie Congregato more solito sono campane ter pulsato sub porticu communis potestarie dicti loci de precepto ac mandato magnifici domini Johannis Frederici de Saluciis honorandi capitaney dragonerii et vallis mayrane seu eius locumtenentis. Qui do-

Digitized by Google

minus locumtenens petiit consilium sibi dari super propositis infrascriptis. Et primo si placet dicto consilio ordinare ambaxiatores qui cum pleno posse vadant ad Illustrem ac excelsum dominum dominum nostrum Ludovicum Marchionem Salutiarum ad se se obligandum erga prefactum dominum Marchionem nomine et vice predicte comunitatis et universitatis dragonerii ad solvendum omni anno prefacto domino videlicet ducatos seu Januynos ducentos et vigintiquinque auri aut valorem in moneta currente et hoc pro affictum Gabellarum predictarum quod ordinatum et reseratum fuit per ambaxiatores dicti loci cum prefacto domino. In reformatione cuius consilii in quo quidem consilio erant plures quam due partes dictorum Consiliariorum et qui omnes ibidem presentes habito coloquio super dicta proposita omnesque quidem unanimes et nemine discrepante sine strepitu et figura. placuit dicto consilio ut infra declaratur. Et primo super prima proposita de ambaxiatoribus eligendis pro accedendo ad dominum pro facto cartezandi ac instrumenta faciendi cum prelibato domino super facto affictamenti Gabellarum nomine predicte Comunitatis ut supra in dicta proposita recitatur placuit dicto consilio quod eligantur ambaxiatores qui cum pleno posse et nomine Comunitatis predicte dragonerii et eius cumunantie vadant ad prelibatum dominum dominum nostrum marchionem saluciarum et erga ipsum dominum se nomine quo supra obligent et instrumentum fieri consentiant in Januynis sive ducatis ducentis et vigintiquinque pro affictu Gabellarum hinc ad terminum vigintinovem annorum proxime venturorum dum taxat et non ultra solvendorum in festo sancti martini aut in auro aut in alia moneta equivalente et currente tempore soluptionis fiende et sub pactis et conventionibus contentis in primo instrumento affictamenti dictarum Gabellarum seu tholonearum facto. Qui ambaxiatores sint hii Anthonius karoli . Constantius Ayzardi Et ego Bartolomeus scharie de dragonerio notarius publicus Et tunc temporis supradicte reformationis ac premissorum scriba et notarius causarum civilium Curie dragonerii presentem copiam de mandato Nobilis domini georgii de sancto damiano locumtenentis exhimii legum doctoris domini Jacobi Falco presentialis potestatis dicti loci dragonerii nec non de consensu consilii ejusdem loci extractaque quidem Copia de originali libro consilii ac refformationum ejusdem in ea que forma in ipso reformationum libro contenta nichil de substantialibus mutato facta que debita colatione manu mea propria scripsi et signo meo tabelionatus officii hic apposito in testimonium premissorum data copia presens et mandata notariis

Digitized by Google

seu canzellariis prefacti domini nostri marchionis ad confirmandum supradictum instrumentum afflctamenti dictarum gabellarum Exposuerunt ipsi dno reverenter verum esse quod cum Illustris recolende memorie dnus Thomas marchio Salutiarum quondam genitor ipsius prefacti domini marchionis moderni afflctasset seu ad censsum et fictum ducentorum francorum auri singulis annis solvendorum ipsi domino seu ejus Thesaurario in Salucils pro viginti Novem annis sequentibus tunc ius eidem domino competens levandi exhigendi et percipiendi Tholoneam pro quibuscumque rebus vendendis in ipso loco dragonerii et Cumunantia et pro quoscumque incolas et habitatores ejusdem vel extraneos videlicet denariorum duodecim pro qualibet libra pretii seu valoris a quocumque vendente et totidem a quocumque emente ut supra et ut est fieri levari et exhigi consuetum per Illustres predecessores ipsius domini marchionis a tanto tempore citra quod de contrario non extat memoria. Constante de dicto afflitamento novissime facto publico instromento subscripto per Ludovicum de pariseto notarium publicum sub Anno domini Millesimo CCCC VIIII° indictione secunda die penultima mensis martii. Que quidem concessio et afflctamentum per lapsum dictorum vigintinovem annorum est finita et finitum. Hinc est quod ipsi sindici et ambaxiatores pro bono et evidenti utilitate dicte comunitatis et universitatis dragonerii et ut emendi ac vendendi facultas sit eis magis libera humiliter supplicaverunt eidem domino ut eisdem nomine et vice dicte comunitatis et universitatis et per ipsos eidem Comunitati et universitati dignaretur iterum dictam tholoneam concedere et afflctare pro tempore vigintinovem annorum sequentium et pro pensione ducatorum ducentorum et vigintiquinque auri stampe venetiarum florentie aut janue aut tante bone monete currentis in marchionatu que sit equivalens ac sub pactis et conventionibus alias factis et firmatis inter illustrem recolende memorie dominum fredericum marchionem salutiarum avum ipsius domini marchionis moderni ex una parte et Constantium sole ac Constantium Bigoti de dragonerio sindicos Comunitatis et universi tatis dragonerii ex altera in afflctamento eisdem tunc per ipsum facto de tholonea et gabellis suprascriptis de quibus patet publico instrumento fieri rogato et subscripto per Anthonium de ansermis quondam notarium publicum sub anno domini Millesimo tricentesimo septuagesimo nono die tertio menssis marcii. Et subsequenter in renovatione ipsius afflctamenti facta per illustrem recolende memorie dominum Thomam marchionem saluciarum genitorem ipsius domini marchionis moderni ex una

parte et Constantium petri et Uguzonum Aynaudi de dragonerio sindicos Comunitatis et universitatis dragonerii ex altera de quibus patet per publicum instrumentum fieri rogatum per ludovicum de pariseto notarium publicum superius designatum. Et que instrumenta ipsi sindici dicto domino marchioni exhibuerunt in formam publicam. Quorum quidem sindicorum et ambaxiatorum precibus et requisitionibus inclinatus ipse prelibatus illustris dominus noster dominus Ludovicus marchio salluciarum cui semper est cordi curas animi ad res comunes extendere ac utilitati publice suorum subditorum inherere quorum comoda avidissime desiderat ampliare. Et ut evitentur incomoda procurare juxta posse volens et intendens suorum predecessorum illustrium adherere vestigiis. Ut fidelitatis et dilectionis sinceritas semper remaneat incorrupta. Eis jure modo et forma quibus melius validius et efficacius fieri potest et potuit eisdem sindicis et ambaxiatoribus presentibus et recipientibus suo et dicte Comunitatis et universitatis dragonerii et Cumunantie nominibus dictam Tholoneam seu jus levandi percipiendi et exhigendi ipsam ut prefertur tempore vigintinovem annorum proxime futurorum concessit in emphiteosim seu afflctamentum ad pensionem et sub annua pensione singulis annis solvenda dicto termino durante ducentorum et vigintiquinque ducatorum boni auri et stampe venetiarum florentie aut janue seu tante bone monete argentee currentis in marchionatu salutiarum tempore soluptionis fiende et ipsam soluptionem faciendam in saluciis Thesaurario ipsius domini marchionis aut alteri cui voluerit singulo anno in festo sancti martini. Et ipsi sindici et ambaxiatores predicti nomine et vice dicte comunitatis et universitatis dragonerii et cumunantie prelibato domino nostro stipulanti et recipienti promisserunt et solempniter convenerunt dare solvere et realiter numerare in salutiis in bonis ducatis auri stampe venetiarum florentie janue aut equivalenti moneta argenti currente dicto domino seu habenti causam ab eo seu eius successoribus et Thesaurario aut alteri cuicumque placuerit ipsi dno annuatim in die festo sancti martini dictam annuam pensionem ducatorum ducentorum vigintiquinque ex causa predicta in bonis ducatis auri ut supra aut bona moneta currente tempore soluptionis equivalente summa dictorum ducatorum in pace et sine lite omni prorsus exceptione cessante pacto expresso inter ipsas partes solempni stipulatione valato quod dicti sindici et qui pro temporibus fuerint in futurum ac ipsa comunitas et universitas et singulares persone ejusdem ac Consiliarii et administratores ad observationem premissorum

Digitized by Google

penis et bannis ac multis et per arrestationem personalem cogi possint et compelli nullo privilegio vel indulto obstante. Et quod ellapso termino vigintinovem annorum predicto dicti afflctamenti prefatus Illustris dominus marchio sive heredes sui remaneat et remanere debeat in suo jure et quasi possessione imponendi levandi et exhigendi a quibuscumque ementibus et vendentibus in dicto loco et districtu dictam Tholoneam solidorum duorum pro libra ut supra scribitur Remissis nihilominus eisdem sindicis nominibus quibus supra recipientibus per eumdem prefactum dominum marchionem areragiis omnibus Tholonearum predictarum si que essent aut reperiri possent pro temporibus retroactis ad que tenerentur predicta comunitas vel Cumunantia. Que quidem omnia et singula supra et infrascripta dicte partes videlicet prelibatus Illustris dominus noster Marchio suo nomine et dicti sindici et ambaxiatores nomine et vice dicte comunitatis ac universitatis et Cumunantie Dragonerii consensuerunt sponte et ex certa scientia sine dolo metu vel fraude fore et esse vera et solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus promisserunt attendere et observare ac perpetuo firma rata et grata habere tenere et inviolabiliter observare et non contrafacere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa de jure vel de facto directe vel indirecte sub expressa ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum ac comunitatis et universitatis jamdicte dragonerii et Cumunantie et singularum personarum ejusdem quo precario iure Illustris domini prelibati ipsi sindici se constituerunt possidere donec idem dominus possessionem accepit corporalem et usque ad integram et totalem soluptionem dicti censsus seu annue pensionis ac dampnorum et expensarum si que supportarentur et fierent occaxione soluptionis non facte ut premittitur. Renuntiantes ipsi sindici quo supra nomine fori privilegio nove constitutionis de pluribus reis debendi Epistole divi adriani exceptioni doli et metus seu impressionis conditioni sine causa et in factum. Et utraque pars exceptioni rei non sic vel aliter geste ac restitutionis in integrum beneficio. Et cuique juri privilegio vel indulto impetrato vel impetrando propter quam premissis omnibus et singulis in aliquo posset derogari. Acta fuerunt predicta Salutiis in Castro dicti loci videlicet in camera paramenti presentibus ibidem spectabilibus egregiisque et nobilibus viris dominis fratre Anthonio de provanis milite Jerosolimitano. Andrea de ecclesia legum doctore vicario generali prefacti illustris domini nostri Petro de Costiglioliis magistro hospitii bartolomeo de la cauda legum doctore Baldisare de sancto damiano domino Cartignani Ugoneto Gileto de Gebenis Antho-

Digitized by Google

nieto de Valfeneria domicellis magistro oberto de frepis artium et medicine doctore et olivo de la strate licentiato in legibus. Testibus ydoneis ad premissa vocatis et rogatis de quibus etc.

Et me Jofredo de ecclesia de saluciis publico imperiali auctoritate notario ac secretario prefacti Illustris domini nostri marchionis Qui premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent presens fui vocatus una cum dictis testibus Et rogatus hoc publicum instrumentum scripsi et signo mei tabelionatus signavi in testimonium premissorum.

*Dall'originale, pergamena dell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 15.

## N° XLV.

*Baldassarre di San Damiano, signor di Cartignano, col consenso del marchese Ludovico I di Saluzzo vende al nobile Baldassarre di San Damiano del fu Antonino due giornate di terra in San Damiano che teneva in feudo dal detto marchese, e questi ne dà investitura al suddetto compratore, riservandosi il diritto del feudo per sè e suoi successori legittimi, e, in mancanza di questi, pei Giovanni, Antonio e Lanzaroto suoi figli illegittimi e pei figli legittimi di questi.*

1443, 28 *febbraio.*

Instrumentum vendicionis facte per nobilem Baldesalem de sancto Damiano dominum cartignani Baldesali de sancto Damiano quondam Antonini et investiture inde sequte.

In nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo CCCCXLIII indicione VI^a^ die ultimo februarii Presentibus Reverendo in X^to^ patre domino johanne de saluciis abbate stapharde domino andrea de ecclesia vicario ac nobilibus viris petro de costiglioliis magistro hospicii Illustris domini nostri domini Ludovici marchionis saluciarum et Antonieto Ysnardo testibus vo-

Digitized by Google

catis et rogatis. In quorum et mei notarii infrascripti presencia Nobilis Baldesal de sancto Damiano dominus Cartignani habita prius licencia et consensu ab illustri domino nostro domino Marchioni prelibato ad infrascripta peragenda dedit vendidit et tradidit jure proprio et in perpetuum reservato jure feudi quod habet Illustris dominus prelibatus in re infrascripta ipsi domino marchioni per se et heredes suos nobili baldesali de sancto Damiano quondam Antonini ibidem presenti ementi stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus petiam unam terre jornatarum duarum vel circa sitarum in finibus sancti damiani vallis mayrane loco dicto in brayda desuper ecclesiam cui coherent dicta ecclesia via publica constancius manzolus heredes Lombardi Bernardi et constancius de sancto Damiano. Et hoc pro precio librarum VIII• XX[ti] monete astensium Quod precium dictus venditor fuit confessus se habuisse et recepisse de dicto emptore exceptioni sibi non dati non solupti et non numerati precii predicti omnino renuncians. Ad habendum tenendum et possidendum et quidquid dicto emptori et heredibus suis suorumque deinceps placuerit faciendum cum omnibus et singulis que dicte jornate terre habent supra se intra se seu infra se omnique jure et actione usu seu requisicione sibi ex ea re vel pro ea modo digno pertinente. Constituens se dictus venditor dictas duas jornatas terre se nomine et vice dicti emptoris possidere usquequo possessionem acceperit corporalem quam accipiendi et retinendi eidem emptori licentiam omnimodam contullit atque dedit Promittens dictus venditor dicto emptori et mihi notario stipulanti et recipienti pro se et heredibus suis predictis et infranominatis de dictis duabus jornatis terre littem vel molestiam ullo tempore non inferre sed ipsum emptorem in ipsis tam in proprietate quam in possessione deffendere auctorizare ab omni persona comuni collegio et universitate et nunquam contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sub ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum et reffectione dampnorum expensarum interesse litis et extra. Renuntians dictus venditor exceptioni doli mali metus fraudis condicioni indebiti et sine causa vel ex injusta causa et omni alii juris et legum auxilio quibus contra premissa dicere opponere vel venire posset. De quibus etc.

Quibus quidem sic peractis Prelibatus illustris dominus Marchio ibi presens testibus suprascriptis presentibus vocatis et rogatis ad requisicionem dicti Baldesalis emptoris ipsi vendicioni consensit Et cum uno guanto eum baldesalem de dictis duabus



Digitized by Google

jornatis terre legiptime investivit rettento in se jure feudi. Et hoc pro se et heredibus suis legiptimis et naturalibus et ipsis deficientibus pro se et johanne et antonio ac lanzaroto
filiis suis spuriis et non legiptimis ac pro heredibus et filiis legiptimis descendentibus ab ipsis johanne antonio et lanzaroto filiis suis Qua investitura facta ipse baldesal emptor suprascriptus juravit ad sancta dei evangelia se esse bonum et fidelem vaxallum ipsius domini marchionis et omnia facere et adimplere ad que tenetur quisquė bonus vax . . . domino suo superiori. De quibus et prelibatus dominus marchio jubxit et dictus baldesal rogavit per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum

*Dai Protocolli del notaio Pietro Milanesio, fol.* 136 *del tom.* I, *nei R. Archivi generali di Stato in Torino.*

## N° XLVI.

### *Domenico Pagano commissario ed a nome del marchese Ludovico I intima l'arresto nel castello di Verzuolo ai delegati delle Comunità di Saluzzo, Verzuolo e delle valli di Maira, Varaita e Po, sino a che non abbiano concordato circa il sussidio da esso chiesto per andare in soccorso del Duca di Savoia contro i roterii.*

1444, 11 *aprile.*

In nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto indictione septima et die undecimo aprilis in castro Verzolii videlicet sub porticu deambulatorii dicti castri presenti ibidem Nobili viro lionelo azardi vice castellano Verzolii et aliis pluribus. Noverint universi et singuli quod nobilis vir dominicus pagani de Salutiis comissarius ad infrascripta specialiter constitutus et ordinatus per illustrem dominum nostrum dominum Ludovicum Marchionem Salutiarum infrascriptis ambaxatoribus omnibus et singulis presentibus audientibus et intelligentibus intimavit pro parte prelibati domini nostri sicut ipse jam diu fuit requisitus pro parte Illustrissimi principis et excelsi domini nostri domini ducis Sabaudie sui domini quatenus ipse cum quot equitibus et

Digitized by Google

armigeris ac peditibus comode posset accedat ad partes Sabaudie et ad deffensionem patrie ipsius domini ducis quam invaserunt et intraverunt certi roterii seu capitanei cum magna armigerorum quantitate depopulantes illam partem sui territorii que vocatur brixia propterque ipse dominus Marchio dispositus ad succursum et adjutorium sui domini et ejus patrie deliberatus ad eas partes accedere quod quidem non posset facere debito modo sine magno custu et expensis cui non sufficiunt sui redditus propter quod requisivit circha premissa sibi dari subsidium et juvamen opportuna per communitates et loca sui territorii et districtus Et quia pro componendo de ipso subsidio conferendo cum ipso domino Marchione ipsi infrascripti ambaxiatores omnes et singuli fuerunt transmissi ad ipsum locum Verzolii per ipsas communitates predictas in quo loco steterunt jam pluribus diebus absque aliqua concluxione facienda licet multi fuerint habiti tractatus superinde Idcirco cum nuper sint renovata mandata prelibati domini ducis ut omnino acceleretur accessus cum caussa requirat celerem expeditionem dictus dominicus cum speciali mandato dicti domini Marchionis precepit et injunxit ipsis infrascriptis ambaxatoribus omnibus et singulis quatenus teneant arestum personale infra ambitum ville Verzolii nec de cetero extra ipsum locum exeant seu exire presumant et quod infra tres dies proxime venturos ordinasse et composuisse debeant cum prelibato domino Marchione de convenienti subsidio eidem conferendo pro dicto accessu ac expensa fienda et hoc sub pena ducatorum vigintiquinque pro eorum quolibet auferenda et fisco ipsius domini marchionis applicanda ac solvenda per eum seu eos qui contrafecerint et dictis mandatis non paruerint cum res ipsa non patiatur ulteriorem dillationem. Nomina vero dictorum ambaxatorum quibus factum fuit dictum mandatum sunt hec Primo Cristoforus de Ansermis et Petrinus de Murello pro Communitate Salutiarum Constantius Azardi et Ludovicus de lafopa pro communitate Dragonerii Johaninus Gandulfi et Antonius belenda pro communitate Revelli Thomas petenatus pro communitate Verzolii Anthonius serre et percevalus sarnayre pro communitate sancti petri Bonnus Serre pro communitate meli Guglielmus serre pro communitate Fraxini Johannes Abel pro communitate brozaschi briemzius borrellus pro communitate Venasche Johannes pelanchi pro communitate arpeaschi Jacobinus Cayre pro communitate sanctifrontis Jacobus Resplendinis pro communitate acegli georgius frexa pro communitatibus Uxolii et pratli guillielminus frexa pro communitate sanctimichaelis hugetus ysaya pro communitate elve

Digitized by Google

anthonius bernardus pro communitate Chanosiarum Oliverius Comba pro communitate Marmoris Dominicus Aynaudi pro communitate stropi francescius Jacobi pro communitate Cellarum Jacobus Zusiana pro communitatibus alme lotulo et peyeres dominicus Oberti pro communitate sancti Damiani Jacobus Zabreus pro communitate paglerii. Quibusquidem auditis dicti ambaxiatores petierunt et requisiverunt de predictis omnibus et singulis suprascriptis per me infrascriptum notarium fieri publica instrumenta unius et ejusdem tenoris videlicet cuilibet communitati unum protestantes insuper de gravamine et remedio appellandi offerentes sese nihilominus paratos cum prelibato domino Marchione componere juxta mandatum et potestatem eisdem et ipsorum cuilibet per communitates predictas atributam Et ipse dominus comissarius predictus insistendo predictis decrevit per me infrascriptum notarium eisdem fieri copiam predictorum omnium et singulorum et sui mandati et comissionis si duxerint postulandum. Facta fuerunt predicta anno die et loco predicto ac presentibus quibus supra. De quibus etc.

Et me Johanne Cantarelli de Salutiis notario publico ac viceclavario curie Verzolii propter infirmitatem georgii fratris mei ipsius loci clavarii qui premissis omnibus et singulis presens interfui et predicta scripsi ac in actis curie dicti loci redegi de mandato dicti domini comissarii nec non et castellani dicti loci in cujus rei testimonium hanc cartam scripsi et hic me subscripsi et signum mei tabelionatus apposui.

*Dalla pergamena originale dell'Archivio della città di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n*° 18.

## N° XLVII.

*Atto di appello o protesta interposta dai sindaci del Comune di Dronero contro il fatto del Chiavario, il quale aveva dato in affittamento alcuni terreni situati al luogo detto* La Prata, *che erano posseduti dalla stessa Comunità in enfiteusi dal Marchese.*

1444, 11 *maggio.*

In nomine domini Amen. Anno ejusdem MCCCCXLIIII. Indicione VII die XI mensis may apud dragonerium in curia ejusdem

Digitized by Google

locy et coram nobili et egregio viro domino jacobo de sancto damiano honorando potestate et jusdicente ipsius loci et vallis mayrane in ipsa curia pro tribunali sedente comparuerunt guglionus de arpeasco et petrinus tabarie sindici et sindicariis nominibus universitatis predicti locy Exibentes et producentes cedulam protestationis et appellationis tenoris infrascripti dicentes protestantes dictis sindicariis nominibus appellantes et eisdem fieri requirentes ut in eadem descriptum est. De quibus jubserunt fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum Quibus quidem attentis Idem dominus potestas dictam appellationem admisit sic et quatenus sit admittenda et non aliter nec alio modo Jubens ipsis sindicis dictis sindicariis nominibus dari per me notarium infrascriptum copiam dicte cedule cum hiis actis pro appostolis et literis dimissoriis Quibus terminum assignavit hinc ad X dies proxime venturos ad ejus appellationem prosequendam et de ea eumdem certifficandum infra terminum quinque dierum proxime sequentium. Acta fuerunt predicta anno die et loco predictis presentibus discretis viris thoma vallata notario de tetis districtus dragoneri jacobo simion alias adegle de villario sanctorum victoris et constancii et thoma ministrero de cuneo comorante in dicto loco dragoneri testibus ad hec vocatis et rogatis De quibus tam per dictum dominum potestatem quam per dictos sindicos dictis nominibus jubsum fuit per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum. Tenor dicte cedule sequitur et est talis guiglionus de arpeasco petrinus tabarie sindici et sindicariis nominibus totius communitatis ac omnium et singularum personarum presentis locy dragonerii et communitatis ejusdem constituti ante presentiam vestri nobilis et egregi viri domini jacobi de sancti damiano honorandi potestatis dicti locy et guiglemoti martini clavarii fiscalis dicunt et cum gravi querella exponunt quod predictus guiglemotus ut clavarius de facto cum de jure non posset affitavit certis personis descriptis pro parte et quibusdam aliis locum qui dicitur prata sive la praa quam comunitas predicta tenet in emphiteosim perpetuam ab illustri domino nostro domino marchione, ut latius constat instrumento recepto manu georgi Ravioli sub anno et die in illo contentis. Item dicunt quod talia affitamenta per dictum clavarium facta sunt de retro et tenorem expresum instrumenti et ipsam emphiteosim nec non in grande preiudicium dampnum ac manifestam jacturam et lexionem ipsius comunitatis cum ipsa comunitas habeat utile dominium in dicta prata et prefactus illustris dominus marchio solum habeat directum ex quo talis usuffructus Regimen ac gubernamen dicte prate

Digitized by Google

pertinet et spectat eidem comunitati dum modo ipsa comunitas debitam pensionem in feno eidem illustri domino marchioni exolvat et alia faciat pro parte sua que in ipso instrumento continentur. Item dicunt quod talia affitamenta per dictum clavarium facta fuerunt et sunt nulla iniqua et injusta et pro tanto contra dictum clavarium omni meliori modo quo possunt de omnibus dampnis interesse et expensis solempniter protestantes Et quod per aliqua affitamenta facta seu fienda per dictum clavarium non volunt nec intendunt aliquod preiudicium generari ymo volunt quod ipsi comunitati sit solum jus in dicta prata nec etiam consentientes talibus affitamentis factis aut fiendis quin ymo ab eiis sentientes dictam comunitatem agravatam dubitantes eam in futurum fortius opprimi ab ipsis affitamentis provocant et appellant literis scriptis ad illustrem dominum nostrum predictum petentes literas dimissorias eis tradi et inhibentes in quantum de jure possunt et valeant dicto clavario ne ulterius ad aliquod tale affitamentum procedat De quibus una cum vestri domini potestatis responsione vel sic petunt instrumentum si et quatenus Acta fuerunt predicta anno inditione et die predictis presentibus thoma vallate notario de tetis districtus dragonerii Jacobo adegle de villario testibus ad hec vocatis et rogatis. De quibus omnibus et singulis supradictis tam per dictum dominum potestatem quam per dictos consiliarios jubsum fuit per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Et ego guillermotus martini imperiali auctoritate notarius publicus presens instrumentum per me scriptum per alium fidelem notarium cohadiutorem meum certis occupatus negotiis grossari feci et extrahi a protocolis meis verum quia facta diligenti colatione de presenti instrumento cum nota ipsius utrumque concordari inveni. Ideo hic me subscripsi et signo meo consueto signavi in testimonium veritatis omnium premissorum.

*Dall'originale in pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 19.

Digitized by Google

## N° XLVIII.

*I sindaci e consiglieri di Dronero appellano avanti l'Antonio del Borgo de' Consignori di Costigliole, podestà di Dronero e della valle di Maira, dalla sentenza con cui erano stati condannati i primi al pagamento di lire 50 d'argento per ciascheduno, ed i secondi a ducati 25 pure per ciascheduno, e ordinanza del medesimo che dichiara il detto appello non ammessibile.*

1444, 15 *dicembre.*

Anno domini millesimo quatricentesimo quadragessimo quarto Inditione septima die quindecima mensis decembris Actum dragonerii sub porticu Jacobi Galeanii de bolio et coram nobili et egregio domino anthonio de burgo ex condominis costigliolarum honorando potestate ipsius loci dragonerii et vallis mayrane super quadam bancha ibidem colocata pro tribunali sedente Comparuit Constantius azardi Lugdovicus de fopa stephanus caroli de dragonerio et petrinus dao de rochabruna eorum propriis nominibus citra suorum procuratorum avocatum ac aldobertus aynaudi notarius publicus et procuratorio baldesalis yxuardi perini tabarie jacobi brune anthonii riveri anthonii richelmi anthonii exstralle gugliermi de arpeasco perini elixiardi et anthonii de cogno consiliariorum dicti loci dragonerii ac anthoni de butinonibus sindici ejusdem locy Exibentes et producentes quamdam papiri cedulam appellationis continentem cujusquidem cedule appellationis tenor sequitur et est talis. Coram vobis nobili viro domino anthonio de burgo ex condominis costigliolarum honorabili potestati dragoneri et mayrane se presentant constantius azardi lugdovicus peoloti et aldebertus aynaudi ut procuratores et procuratorio nomine constantii Azardi anthonii de butinonibus sindicorum michaeli excaire stephani caroli lugdovici peoloti petri tabarie baldesaris yxuardi guiliermi de arpeascho anthonii riveri anthoni richelmi jacobi

Digitized by Google

brune perineti alixiardi perini dao anthonii de cogno et ramondi sigmondi ut patet instrumento procure fieri rogato M° CCCCXLIIII indicione VII die XIIII mensis decembris et subscripto per guglielmotum martini notarium dicentes dicto nomine per vos latam fuisse quamdam sententiam condempnatoriam condempnantem constantium azardi et anthonium de butinonibus tamquam sindicos seu sindicario nomine communnitatis dragoneri seu universitatis predicte in libris quinquaginta argenti fini pro quolibet et quemlibet aliorum consiliariorum superscriptorum in ducatis XXV occaxione pretensa in ipsa sententia que in veritate est nulla Dicentes dicti procuratores salvo jure nullitatis eamdem sententiam esse iniquam et injustam et inique et injuste prolatam multis rationibus et causis suis loco et tempore deducendis et alegandis et eo maxime quia non fuit lata causa cognita precedente et sic sine causa cognita quod ipsa comunitas dragonerii sepe alegaverit et nunc alegat et proponit et suo tempore proponet non fuisse ac non debere a preceptis inquoamdam aut inchoari ymo ab ipse cause cognitione In qua quidem cause cognitione conservantur deffensiones a iure naturali procidentes et que nemini sunt auferende ex naturali equitate suadente et jure scripto confirmante et ita fit cum ipsa sententia ex non vero fundamento emanaverit et sic ex preceptis cause cognitionibus provenientibus contra juris debitum quod ipsa sententia salvo jure nullitatis fuit iniqua et injusta et inique et injuste prolata Ita quod ex isto potissimo fundamento eo que ipsa sententia processit ex preceptis a quibus non erat inchoandum quod ipsa comunitas dragoneri ex hoc multum videtur fuisse agravata Çeterum nec debuit ipsa comunitas aut potuit ulterius agravari ex hujusmodi tali quali sententia et ex ipsis preceptis seu ex ipsis preceptis emanante eo quia coram in ipsis preceptis aut in ipsa sententia nulla sunt aut fuerunt sed solum modo aperte et pretense que cause si vere essent ipsa comunitas dragonerii de jure non tenebatur nixi ex forma franchixiarum et libertatum quo casu aut casibus ipsa comunitas se obtulit in omnia obedientia satisfactura et obeditura et in nullo que contrafactura In quibus de jure tenebatur aut obligagabatur Et quia ipsa precepta exorbitantia a debito obligationis videntur fuisse existimant dicunt idem procuratores dicto nomine eamdem sententiam ab ipsis preceptis procedentem fuisse iniquam et ita etiam gravamen et injustam lexionem continentem. Quo circa cum ex istis causis et aliis quamplurimis suo tempore allegandis videatur ipsa comunitas agravata . . . .

Digitized by Google

ipsi consiliarii timentes quoque magis imposterum agravari Idem procuratores et nomine quo supra ab ipsa vestra tali quali sententia in hiis scriptis provocant et apellant ad judicem competentem seu ad illustrem dominum dominum nostrum marchionem saluciarum petentes semel bis ter et pluries appostolos seu literas dimissorias sibi dicto nomine tradi et concedi dicentes et protestantes per se non stare quin ipso durante factali easdem recipient omni die et hora a jure prestito et ita dicto nomine protestantur De quibus omnibus dicto nomine requirunt sibi fieri publicum instrumentum Et dicentes appellantes et eisdem suis et quibus supra nominibus fieri requirentes ut dicta cedula descriptum est. De quibus omnibus et singulis jubsum fuit per me notarium infrascriptum confici debere instrumentum presentibus johanneto Excarie et johanneto de fopa notariis ac magno de columberio omnibus de eodem loco dragoneri testibus vocatis et rogatis. Et prefactus dominus potestas premissis vissis et auditis dictos appellantes coram eo comparituros die crastina hora vesperorum super premissis audituros ejus ordinationem assignat et assignavit. Quaquidem die crastina XVI mensis decembris hora vesperorum comparuerunt constantius azardi Lugdovicus de fopa et stephanus caroli suis et quibus supra nominibus citra suorum procuratorum revocantibus vuna cum eis aldebertus aynaudi procurator nomine quo supra in loco prenominato et coram prefacto domino potestate super quadam bancha ibidem coloquata pro tribunali sedente occaxione assignationis suprascripti paratos se offerentes ipsius domini potestatis audire ordinationem quam hodie proferre debet et quam in ipsorum suis et quibus supra nominibus favorem proferri requisiverunt Quiquidem dominus potestas sedens ut supra vissa dicta appellatione et intellecta eam tamquam a nullo gravamine impositam non admisit hanc responsionem dictis appellantibus tradens pro appostolis et literis reffutatoris cui ordinationi suprascripti comparentes appellantes non consenserunt nixi in facientibus eorum comodum suis et quibus supra nominibus De quibus petierunt per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt premissa anno die et loco predictis presentibus thoma vallate notario de tetis districtus dragonerii et rimondo azardi notario de stropo testibus vocatis et rogatis. De quibus omnibus et singulis premissis jubsum fuit per suprascriptum dominum potestatem fieri per me notarium infrascriptum publicum instrumentum.

Et ego guillermenetus martini imperiali auctoritate notarius

Digitized by Google

**publicus presens instrumentum per me sumptum per alium fidelem notarium cohadjutorem meum certis occupatus negotiis grossari feci et extrahi a protocolis meis verum quia facta dilligenti collatione de presenti instrumento cum nota ipsius utrumque concordari inveni Ideo hic me subscripsi et signo meo consuecto signavi in testimonium veritatis omnium premissorum.**

*Dalla pergamena originale esistente nell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 20.

## N° XLIX.

## *Atto di transazione fra il marchese Ludovico I di Saluzzo e le Comunità di Saluzzo, di Verzuolo e delle valli di Maira, Varaita e Po, con cui queste si obbligano di pagargli 2000 ducati a titolo di mero dono onde ne disponga a suo piacimento.*

1445, 21 *gennaio.*

**In nomine domini amen. anno ejusdem domini millesimo quadrigentesimo quadragesimo quinto indictione septima die vigesima prima januarii. Salutiis in camera paramenti Castri ipsius loci, presentibus Reverendo in Xpo patre domino Johanne de salutiis abbate Stapharde Spectabili milite domino fratre Antonino de provanis ac egregio legum doctore domino Andrea de ecclesia vicario generali Marchionatus Salutiarum et petro de Costigliolis magistro hospicii Illustris principis et excelsi domini nostri domini Ludovici Marchionis salutiarum Testibus ad hec vocatis et rogatis. In quorum et mei notarii infrascripti presentia Cunctis pateat Quod cum suxitata fuisset controversia differentia et lis inter illustrem dominum dominum nostrum Marchionem Salutiarum pettentem et requirentem a sindicis et consiliariis communitatum infrascriptarum tamquam administratoribus ipsarum communitatum ut sibi conferrent auxilium pro accedendo in sabaudiam ad mandatum illustrissimi domini domini Ducis Sabaudie ejusdem domini marchionis superioris immediati causa deffendendi ipsum dominum Ducem ab ejusdem**

Digitized by Google

hostibus qui ejus patriam invaxerunt asserentem dictas infrascriptas communitates ad infrascriptum auxilium teneri de jure communi ex una parte et predictas communitates mediante persona sindicorum et ambaxiatorum ejusdem earumdem videlicet Johanneti de ellionibus et petri de Lanfranchis pro communitate Salutiarum Costancii Azardi et Baldesalis ysuardi pro parte communitatis Dragonerii Acceyleti poncegli pro parte communitatis Accegli folconis ellineo pro communitate pratis et uxoli Johannis alamandi pro communitate Sancti Michaelis Stephani Martini pro communitate Elve martini Riberii pro communitate stropi Jacobi mateode pro communitate Zanoxiarum petri de columberio pro communitate Marmoris girardi de girardis pro communitatibus cellarum et payeres gileti chucheti pro communitate alme et lotolorum guillielmi Bonifanti pro communitatibus Sancti Damiani et Paglierii henrieti ferrerii pro communitate Verzolii Simondi fornerii pro communitate arpeaschi Antonii Bertole pro comunitate Venasche Arnaudi Raynaudi pro communitate Brozaschi Joannis Passerii pro communitate Meli Antonii chivalerii pro communitate fraxini percevali Salnayre pro communitate Sancti Petri Antonii petri et Antonii petri pro comunitate Reveli et Antonii Crespi pro communitate sancti frontis dicentes et proponentes se non teneri ad dictum auxilium multis rationibus.et causis ex alia parte Fuissentque superindo de parte prelibati domini marchionis quamplurima precepta per officiales locorum suprascriptorum contra predictas communitates seu contradictos ejus consiliarios et sindicos ut deberent suos ambaxiatores transmittere ad ipsum dominum Marchionem ad componendum cum communitatibus sui Marchionatus pro dicto auxilio sibi conferendo et ex causa premissa Et ex adverso dicte communitates suas interposuissent oppositiones et protestationes adversus precepta super inde emanata fuit quod prelibatus Illustris dominus dominus Marchio et dicti sindici ambaxiatores et procuratores dictarum communitatum sindicario nomine earumdem communitatum volentes obviare littibus et controversiis que actenus non fuerunt inter ipsas partes et que prothinus erunt fugiende pervenerunt ad infrascriptam transationem per validam stipulationem hinc inde ab ipsis ambabus partibus firmatam. Et primo dicte ambe partes eorum spontanea voluntate et ex certa scientia recesserunt ab ipsa litte instancie. Et ipsi litti renuntiantes volentes et cupientes remanere de premisso postulato subsidio et auxilio per prelibatum dominum dominum Marchionem ac de contradictione facta

Digitized by Google

per dictas communitates ac si non fuisset pettitum ac et si non fuisset contradictum salvis tamen et illexis ipsis ambabus partibus omnibus juribus sibi competentibus si contingetur in futurum idem casus inter ipsas partes evenire. Secundo prelibatus dominus dominus Marchio sine ulteriori constu penas et multas utcumque usque in diem presentem cominatas et declaratas contra communitates predictas ejusdemque consiliarios et sindicos ex nunc annullavit et cassavit ac vult habere pro cassatis et annullatis suo proprio motu. Tertio dicti sindici et ambaxiatores ex eorum spontanea liberalitate ac mero dono et eorum proprio motu nomine et vice dictarum communitatum obtullerunt obtullerunt solvere velle prelibato illustri domino domino nostro Marchioni Salutiarum Ducatos duomilia qui dividantur in tribus trierceriis pro rata. Imponendos de presenti et solvendos Ad faciendum quidquid voluerit citra tamen prejudicium jurium dictarum communitatum et libertatum et franchisiarum pro quibus solempniter protestati fuerunt. Ita et taliter quod prelibatus illustris dominus dominus marchio et sui successores non possint nunc deinceps decetero seu in futurum ex presenti prestatione et datione gratuita pretendere aliquod jus vel possessionem seu quasi sibi quesitum vel quesitam subsidi exigendi et non habeat plus juris prelibatus dominus Marchio quam ante hanc oblationem gratuitam habebat nec in proprietate nec in possessione vel quasi. Quos ducatos duomilia ut supra oblatos prelibatus dominus Marchio acceptavit etiam citra prejudicium suorum jurium pretensorum et cujuslibet alterius Que omnia et singula dicte ambe partes videlicet Illustris dominus Marchio per se et suos successores et dicti sindici et ambaxiatores nomine dictarum communitatum promisserunt sibi vicissim videlicet una pars alteri et altera alteri et mihi infrascripto notario stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest intererit et interesse poterit in futurum attendere et observare firmiter et perpetuo et non contrafacere vel venire de jure vel de facto sub obligatione omnium bonorum suorum Renuntiantes dicte partes exceptioni doli mali metus in factum conditioni indebiti et sine causa et omnibus aliis juris et legum auxilio quibus contra premissa venire possent. De quibus omnibus et singulis prelibatus dominus Marchio jubxit et dicti sindici et ambaxiatores rogaverunt per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum unum et plura et cuilibet communitati unum si duxerint requirendum.

Et ego petrus millanexii de Carmagnolia publicus Imperiali

Digitized by Google

auctoritate notarius et prelibati illustris domini nostri domini Marchionis salutiarum Secretarius premissis omnibus presens fui vocatus Et hoc presens publicum instrumentum fieri jubsus et rogatus recepi et scripsi. Signoque meo solito signavi in fidem et testimonium omnium premissorum.

*Dall'originale nell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 21.

## N° L.

*Lazzarino de' Saluzzi, capitano di Dronero e della valle di Maira, dietro ordine del marchese Ludovico delli 3 di quel mese di gennaio manda ai sindaci di Dronero di ripartire fra cinque giorni l'acqua della bealera Marchisa con dare al medesimo la metà che gliene spettava.*

1446, 13 *gennaio.*

In nomine domini Amen Anno ejusdem domini Millexímo CCCCXLVI indicione VIIII^a^. die XIII mensis januarii In curia dragonery Et coram magnifico et generosso viro dno Lazarino de saluciis honorando capitaneo ipsius locy et valis mayrane In ipsa Curia pro tribunalli sedente Comparuit providus vir Anthonius carollus procurator fischallis dicens se ad hanc diem et horam citari et assignari fecisse providos viros constantium ayzardis et martinum petri sindicos universitatis dicti locy dragonery docens de citatione per ardizonum palini alterum ex decanis curie predicte quibus si compareant alias precepit eos iterato citari per ipsum dominum capitaneum precipi juxta mandatum licteratorum domenicalle quod ibidem exhibuit cuius tenor sequitur et est talis Marchio saluciarum magnifice consanguynee et fidellis noter carissime mandavi vobis quatenus cogatis sindicos dragonerii ad assortandum aquam bealerie marchisse Ita et taliter quod habeamus nostram medietatem et de

presenti Datum saluciis die tertio januarii milleximo CCCC°XLVI A tergo Capitaneo nostro Dragonerii fidelly dilecto. Et ibidem et incontinenti comparuerunt providi viri Constantius Ayzardi et martinus petri sindicario nomine universitatis dicti locy dragonery premissis dictis exhibitis et fieri requissitum per dictum dominum procuratorem fischallem non consentiens nixi si et in quantum predicte universitatis concernant favorem et partis fischallis preiudicium petentes nihilominus copiam dicte requisitionis ac dictarum literarum domenicallium cum animo ad consulte deliberandi antequam ad alia procedatur alias protestati fuerunt de remedio appellandi de quibus petierunt eisdem fieri per me notarium infrascriptum publicum instrumentum. Et dictus capitaneus dictas literas dominicalles reverenter receptas sicut et licet ad debitum executionis effectum demandare volens eisdem constancio et martino sindicis presentibus audientibus et intelligentibus precepit quatenus hinc ad diem martis proxime venturum XVIII.ª hujus Mensis assortisse debeant aquam predicte bealerie marchisse dande prelibato domino nostro medietatem dicte aque sub pena solidorum sexaginta pro quolibet ipsorum. Copiam omnium suprascriptorum dictis sindicis concedendo Acta fuerunt predicta ad banchum juris solitum dragonery anno die predictis presentibus anthonio stralle de eodem loco dragonery et Jofredo filio mey notary infrascripti Testibus vocatis et rogatis.

Et ego guillelmetus martini Imperiali auctoritate notarius publicus ac scriba curiarum dragonery et valmayrane presens instrumentum per me sumptum per alium fidelem notarium cohadjutorem meum certis occupatus negotiis grossari et extrahi feci a prothocollis meis. Verum quia facta dilligenti collatione de presenti instrumento cum nota ipsius utrumque concordari inveni Ideo hic me subscripsi et signo meo consueto signavi in testimonium veritatis omnium premissorum.

*Dall'originale nell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 22.

## N° LI.

*Atto di transazione e convenzione fra il marchese Ludovico I di Saluzzo e la Comunità di Dronero riguardo alle segreterie civile e criminale, ai dritti dei segretari e dei notai, con cessioni reciproche di beni e ragioni di acque, facoltà alla Comunità per l'estrazione dell'acqua dalla Maira, e altri patti relativi.*

1450, 24 *gennaio.*

**In nomine Dni Amen.** Anno eiusdem Dni millesimo CCCCL[ta] Indictione decima tertia die vero XXIIII jannuarii Actum in Camera paramenti Castri Salutiarum. Presentibus magnifico milite et legum doctore dno Constantio de sancto Damiano et Magnifico Dno georgio de Salutiis cum Dno Castellarii et Paysane et Egregio legum Doctore domino Andrea de ecclesia vicario generali Marchionatus Salutiarum nobilibusque viris petro de costigliolis Magistro hospitii illustris principis et excelsi Domini nostri Domini Ludovici Marchionis Salutiarum et J. Antonio de Costiliolis scuttiffero ipsius Dni et fabiano grigli de sancto fronte eius procuratore Testibus vocatis et rogatis In quorum et mei notarii infrascripti presentia serie huius publici Instrumenti. Cuntis sit manifestum Quod cum quamplures differentie verterentur inter illustrem Principem et eximium Dnum nostrum Dnum Ludovicum Marchionem Salutiarum ex una parte Et comendabiles scindicos ac Comunitatem Dragonerii ex altera causis et rationibus infrascriptis Et primo videlicet quare ipse illustris Dnus pretendebat dicebat et proponebat quod cum communis iurisdictio in loco Dragonerii ad ipsum Dnum pertineat et expectet Quod officium notariatus civilium causarum ipsius loci in solidum eidem Dno pertinet et pertinere debet non autem ipsi Comunitati et casu quo appareret ipsi Comunitati concessum per capitula Dragonerii dicebat ipse Dnus Marchio illa capitula locum habuisse viuente Dno qui illa confirmauit et non ultra. Et e contra predicti scindici et ipsa Comunitas dicebant Ipsum

Digitized by Google

officium notariatus pertinere ipsi Comunitati vigore capitulorum Dragonerii et consuetudinis antique confirmatorum per quondam recolende memorie Dnum Thomam genitorem ipsius Dni Marchionis nulla de ipsis capitulis facta reuocatione de quibus constet. Item et super eo quod ipse illustris prefactus Dnus Marchio dicebat et proponebat quod quoddam instrumentum Emphiteosis perpetue factum hominibus Dragonerii de quoddam suo prato jornatarum tricentum vel circa nullas vires habebat *quia* pactiones et expromissiones in eo contente non fuerunt inde per ipsam Comunitatem servate Et e contra ipsa Comunitas opponebat et dicebat quod ymo in perpetuum obtinere debebat roboris firmitatem Quia licet per ipsam Comunitatem non fuissent in totum seruate pactiones non debeat ex eo ipsum Instrumentum infrangi Sed erat ipsa Comunitas cogenda ad observantiam ipsorum pactorum. Item super eo quod ipse illustris Dnus seu eius fiscalis procurator dicebat et proponebat quod *quaedam* regio seu pars regionis in finibus Dragonerii loco vocato li noier pyantay pertineat ipsi Dno Marchioni tamquam sua et de suo patrimonio. Dicta Comunitate contrarium asserente et dicente quod ipsa *regio pertinet ipsi Comunitati* et singularibus personis Dragonerii vigore permutationum factarum cum Illustribus quondam predecessoribus ipsius Dni de ipsa regione ad prata ipsius dni marchionis suprascripta de jornatis *tricentum et quod ipsa regio iandiu* per ipsam Comunitatem possidetur et fuit possessa ac per singulares personas ipsius Comunitatis pacifice et quiete Item et super eo quod procurator ipsius Dni Marchionis asserebat et proponebat quod Comisio seu scaira tertie partis bonorum non registratorum vel male registratorum in ipso loco Dragonerii pertinebat ipsi Dno Marchioni Et hoc vigore capitulorum registri ipsius loci super hoc factorum Dicta Comunitate negante fuisse aliquod ius quesitum ipsi Dno Marchioni ipsius tertii Cùm per ipsum Dnum Marchionem post concessionem ipsorum capitulorum alia capitula fuerint concessa ipsi Comunitati super hoc Quorum vigore nulla concessio bonorum pertinebat ipsi Dno Marchioni super ipsis bonis male vel non registratis sed erat imposita et limitata pena. Item et super eo quod ipse prefactus illustris Dnus Marchio dicebat et proponebat quod quedam petia terre seu boschi vocata Castelletum super et in finibus Dragonerii scituata eidem pertinebat et expectabat tanquam res feudalis et de feudo suo. Et e contra dicta Comunitas dicebat et proponebat ipsam petiam terre seu boschi ad ipsam Comunitatem pertinere tanquam de finibus Dragonerii et fuisse per ipsam Comunitatem in parte

Digitized by Google

acquisitam vigore cuiusdam sententie arbitramentalis late inter Comunitatem Dragonerii et Monasterium supradictum Et ipsam Comunitatem longissimo tempore tenuisse et possedisse ipsam petiam terre et nemoris Multaque alia dicerentur hinc inde per ipsas partes et proponerentur Ecce quod ipse partes videlicet prelibatus illustris Princeps et Dnus noster Dnus Ludovicus Marchio Saluciarum ex una parte et discreti viri Bartolomeus Scaria Constantius acardi Ludovicus de Fopa Petrinus Abelli et Anthonius riueri de Dragonerio scindici et procuratores Comunitatis ipsius loci Dragonerii asserentes se ad infrascripta omnia et singula habere speciale mandatum ab ipsa Comunitate et promittentes quod ipsa Comunitas infra XV dies proxime venturos omnia et singula infrascripta approbabit et raptificabit sub obligatione omnium bonorum suorum ex altera parte volentes viam litigiorum euittare et de premissis differentiis se amicabiliter concordare De suprascriptis omnibus differentiis et infrascriptis. Transegerunt convenerunt pepigerunt et se concordauerunt ut infra. In primis quidem prelibatus Illustris Dnus noster dedit et concessit predictis ambaxiatoribus et scindicis nomine et vice dicte Comunitatis Dragonerii recipientibus et acceptantibus et per ipsos ipsi Comunitati et vniuersitati quod consciliarii ipsius loci qui nunc sunt et pro temporibus fuerint possint et valeant constituere eligere et ordinare prout et quemadmodum eligunt constituunt et ordinant singulis quatuor mensibus officiales Comunis aut annuatim sicut voluerint unum ydoneum notarium et sufficientem laycum qui per se aut substitutum vel substitutos ab eo scribat omnia acta ciuilia que de cetero agitabuntur seu fient coram potestate seu Capitaneo Dragonerii seu eius locumtenente in ipso loco Dragonerii et districtu Et quod per alium seu alios scribi non possint. Item quod si et eo casu quo per alium quam per dictum notarium scriberentur illi tali scripture nulla adhibeatur fides. et acta sic per alium scripta sint ipso iure nulla nisi hoc contigerit propter absentiam vel defectum ipsius notarij ciuilium et substituendi vel substituendorum per eum quo casu potestas vel capitaneus pro tunc possit durante absentia predicta vel deffectu per Clauarium Dni facere scribi acta ciuilia et tali scripture adhibeatur fides et valeant acta et de tali absentia vel deffectu stetur dicto et rellationi ipsius capitanei vel potestatis seu eorum locatenentis Item quod Clauarius Dni in dicta Curia constitutus seu constituendus ad scribendum acta criminalia nullo modo nisi in casu absentie vel defectus ut premittitur scribat acta ciuilia et si scripserit non adhibeatur fides. Et e contra notarius



Digitized by Google

ciuilium nihil scribat ex quo pena vel multa seu aliud aliquid debeat fisco applicari sed talia scribantur per ipsum clauarium et notarium et notarios constitutos per prelibatum Dnum nostrum et eius successores cum de talibus debent reddere rationem ipsi Dno aut deputandis per eum ut sunt processus criminales accusse criminales inquisitiones denuntiationes accusse campestres caprarum vel aliarum priuatorum personarum regendarum famulorum curie banna non venientium ad ius multe vel pene imposite et pene non soluentium in termino condempnationum *omissarum* Nec non date que committuntur in causis ciuilibus lite contestata vel habita pro contestata et hiis similia ex quibus fisco inferuntur... ac etiam saximenta et litere quas contingerint fieri in causis criminalibus alie vero litere quas fierent in causis ciuilibus ut pro debitis exigendis fiant et scribantur per notarium ciuilium. Exequtiones vero litterarum requisitoriarum propter multas scripturas que apponuntur in eisdem scribantur per dictum Clauarium Dni. Item et quod ipse notarius civilium causarum ut premittitur constitutus et constituendus possit mutari et remoueri per Conscilium *dicti locy Dragonerii* quandocumque sibi videbitur expedire et ad sui beneplacitum voluntatis. Item et quod utilitas seu proventus quod ex dicto officio notariatus ciuilium provenerit seu prouenire poterit *pertineat pleno iure ipsi Comunitati et uniuer*sitati Dragonerii Ita quod possit ipsa Comunitas ipsum officium accensare vendere et incantare ad sui libitum voluntatis dum tamen vendatur ydoneo et experto notario layco qui notarius *finito tempore sui offitii tradat* successori in dicto offitio omnes processus non complectos seu non diffinitos suo tempore ut possint postea compleri et diffiniri. Item instantibus et requirentibus predictis Ambaxiatoribus et *scindicis prelibat*us Dnus Marchio ex sui certa scientia informatus ad plenum de tenore instrumenti affitamenti et certorum pactorum habitorum factorum et conuentorum inter illustrem recolende memorie Dnum *Federicum Marchionem* Salutiarum Auum suum paternum ex una parte et scindicos ac Ambaxiatores dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii ex altera de quibus constat publico instromento fieri rogato et subscripto per notarium publicum sub anno Dni M.° cuius tenor in pede presentis instrumenti inseratur et versavice ipsi scindici et ambaxiatores pariter informati de eisdem ipso prelibato Dno Marchione sic volente et ipsis prout asseruerunt habentibus ad hoc spetiale mandatum ipsa omnia pacta conuentiones et promis-

Digitized by Google

siones in ipso instromento contentas et contenta confirmauerunt aprobauerunt et de novo fecerunt pactoque solempni stipulatione vallato conuenerunt perpetuo plenam obtinere roboris firmitatem ita quod pro aliqua infra vel suprascripta illis non sit vel esse censeatur in aliquo derrogatum excepto articulo alienationis de quo infra. Item et quod per aliquem actum seu contractum faciendum factum vel fiendum per Clauarium Dragonerii qui nunc est vel pro tempore fuerit seu alias personas quascumque nullum fieri possit preiudicium seu derrogatio ipsi instromento et conventionibus in eodem contentis et Comunitati seu uniuersitati predicte Dragonerii eciamsi per ipsum Clauarium seu aliam personam afflctarentur predicta de quibus in ipso instromento fit mentio alteri cuicumque persone ob culpam Comunitatis Dragonerii non cultiuantis seu afflctantis ipsa pratta sed sit ius et actio ipsi Dno Marchioni et eius successoribus petendi et exigendi interesse ab ipsa Comunitate casu quo non cultiuaretur ut decet semper in suo robore permanentibus pactis et conventionibus in ipso predicto instromento descriptis hoc addito et expresso in conventione deducto quod ipse Dnus Marchio et sui successores possint et valeant non obstante afflctamento et pactis in dicto instromento contentis vendere et alienare ipsa pratta de quibus in ipso instromento fit mentio in totum vel in partem prout eis libuerit ita tamen quod ementes et acquirentes ipsa pratta teneantur et debeant alterum facere de duobus silicet vel observare contenta in dicto instromento ut tenetur ipse Dnus Marchio aut contribuere cum hominibus Draconerii pro ratta ad expensas aqueductus que fiunt per Comunitatem Dragonerii ad ipsam aquam conducendam ex macra ad ipsa pratta. Item prelibatus Dnus Marchio ex ui presentis contractus et transactionis sponte et ex eius certa scientia ac deliberato proposito eis iure modo et forma quibus melius et eficatius fieri potest et potuit de iuribus suis plenarie informatus remisit penitus et quitavit pactum faciendo de ulterius non pettendo dictis scindicis et ambaxiatoribus presentibus stipulantibus et recipientibus nomine et vice dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii omne ius omnemque actionem quam habeat vel habere videatur in illo territorio *seu regione et fin*ium et territorii Dragonerii quae vocatur Noheri plantati seu noher piantie vulgariter. Ita quod de cetero per ipsum Dnum Marchionem et eius successores non possit ex aliqua causa de *praeterito moueri controversia* aut debatum ipsi Comunitati aut singularibus personis eiusdem de dicta regione seu aliqua possessione in eadem

Digitized by Google

scituata et existente etiamsi pro tempore preterito fuissent ipsius Dni *Marchionis aut suorum praedecessorum* Ita quod intelligantur quittate et remisse ipsi Comunitati et uniuersitati et singularibus personis illas possidentibus. Item et ultra predicta dictus Dnus Marchio ex sui certa scientia et *delliberato proposito* eis iure modo et forma quibus melius potuit per se et successores suos quittavit et remisit vigore presentis contractus dictis scindicis et ambaxiatoribus stipulantibus et recipientibus nomine et vice *dicte Comunitatis* et uniuersitatis Dragonerii et singularium personarum eiusdem omnem scairam et comissionem rerum mobilium et immobilium ac penas in quas incursissent singulares persone dicti loci ocaxione non facte vel *male* facte registrationis ipsarum rerum et hoc usque ad primam registrationem de novo fiendam que fiat inter triennium Item quod de cetero ipse Dnus et eius successores non possint aliquid pettere ab aliqua *persona* ocaxione registrationis non facte neglecte vel male facte temporibus preteritis et usque ad ipsam nouam registrationem in futuris vero registrationibus et deffectibus inchoando in ipsa prima registratione fienda ipsi Dno Marchioni et eius successoribus salva remaneant iura sua Item prelibatus Dnus Marchio cum dictis scindicis et ambaxiatoribus ut supra stipulantibus nomine et vice dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii conuenit expresse et ex certa scientia ad tollendam extorsionum materiam notariis qui sepe in exigendis salariis metas rationis excedunt dare et statuere metam soluptionum recipiendarum per Clauarium suum qui nunc est et pro temporibus fuerit in curia Dragonerii pro scripturis et cancellaturis per ipsum fiendis ac instrumentis et actis Curie iudicialibus prout erit conueniens et rationabile ad quam taxationem observandam voluit ipsos Clauarios seu notarios teneri sub pena dupli eius quod ab aliquo exegissent ultra ipsam metam que pena aplicetur ey a quo fuisset exactum indebite et ultra possit puniri ipse Clauarius per potestatem seu capitaneum arbitrio iudicis Et quia ipsi de Dragonerio passim ac singulis vicibus non possunt facile recurrere ad ipsum dominum marchionem si in aliquo oprimantur per Clauarios concessit idem Dnus marchio dictis scindicis et ambaxiatoribus quod eius vicarius qui nunc est et pro temporibus fuerit si requiratur teneatur facere proclamari saltem semel in anno quod quicunque voluerit conqueri de Clauario compareat coram ipso vicario qui sibi iustitiam faciat et facere teneatur quandiu fuerit in Dragonerio pro aliis negotiis et causis Curie expediendis Viceuersa autem dicti scindici et Ambaxiatores

nomine et vice dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii et singularium personarum eiusdem asserentes se ad hoc habere expressum et spetiale mandatum omni iure modo et forma quibus melius validius et eficatius fieri potest et potuit in recumpensationem predictorum donaverunt tradiderunt ac remiserunt ipsi Dno Marchioni presenti stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus ad habendum tenendum et possidendum et quicquid eidem et suis heredibus deinceps placuerit faciendum tanquam de re sua vigore presentis conuentionis et transactionis totam illam terram pascuam et incultam que *est in* territorio et finibus Dragonerii iuxta taleatam subtus pratum prefacti Dni Marchionis *cui coheret ab una parte* dicta taleata bealeria discurrens versus Castelletum videlicet deversus macram ab alia parte Jacobus aymari et possessiones Communis Dragonerii deversus Monasterium sancti *Antonii* ab alia parte et via qua itur de Dragonerio versus turrim henrici bertoloti que est iuxta possessiones Antonii Karoli et johannis Donadei ab alia parte quam quidem petiam terre esse conuenerunt jornatarum LXXX[ta] et si non erit tantum conuenerunt tantum dare de terra contigua quod ascendat ad dictam quantitatem et si ipsa petia terre excederet numerum dictarum LXXX[ta] jornatarum illud plus remaneat ipsi Comunitati et uniuersitati Dragonerii et hoc cum iure aqueductus infrascripto promittentes de legiptima defensione dicte rei sub obligatione omnium bonorum dicte universitatis presentium et futurorum. Item conuenerunt expresse dicti scindici et Ambaxiatores asserentes se ad hoc habere spetiale mandatum nomine et vice dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii et singularium personarum eiusdem dicto Dno Marchioni stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus anronchare ligna et rudera extrahere et aprayre dictam petiam terre jornatarum LXXX[ta] que vocatur marcel in bona et sufficienti forma cum bealeriis et aliis opportuniis infra quinquennium ita quod sit fertilis ut decet ad opus et utilitatem ipsius Dni et hoc expensa et labore ipsius Comunitatis et uniuersitatis et singularium personarum eiusdem ita et taliter quod fructus et godite que percipientur et percipi poterint dicto quinquennio durante sint ipsius Comunitatis et personarum quibus ipsa Comunitas dare et concedere disposuerit quoniam ita pactum extitit et conuentum. Item et expresse conuenerunt et promisserunt nomine et vice predicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii et singularium personarum eiusdem asserentes se ad hoc habere expressum et spetiale mandatum ipsi Dno Marchioni stipulanti et recipienti pro se et suis here-

dibus nullam de cetero per se vel alios inferre molestiam littem vel controuersiam ipsi Dno aut eius heredibus in et pro illa petia terre que vocatur Castelletum scita in finibus et territorio Dragonerii cui coheret rippa macre et via tendens inter fines Busche et ipsam petiam terre ab alia parte ita quod illam teneat et possideat ipse Dnus Marchio de cetero et sui heredes perpetuo tanquam rem de feudo mouentem et cum iure acqueductus infrascripto omni contradictione seu impedimento cessante dicte Comunitatis et uniuersitatis Dragonerii et singularium personarum eiusdem Item conuenerunt et promiserunt dicti scindici et ambaxiatores nomine et vice dicte Comunitatis et uniuersitatis et singularium personarum eiusdem asserentes se ad hoc habere spetiale mandatum dicto Dno Marchioni stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus se perpetuo manutenere bealeriam ex macra provenientem in tanta quantitate quod prata que fierent in dicta regione et petia terre totali vocata Marcel presentialiter donata ipsi Dno Marchioni et alia petia terre ad prata redducta vel reducenda quae vocatur Castelletum videlicet usque ad quantitatem jornatarum LXXXta si tantum ascendat ipsum Castelletum seu possessio Castelleti et non plus etiam si essent plures habeant acquam ad sufficientiam et habere possint et hoc expensis et opera ipsius Comunitatis praedicte et singularium personarum eiusdem Item ad tolendam omnem materiam differentie ad inuicem conuenerunt prelibatus Dnus Marchio ex una parte et scindici et ambaxiatores predicti ex altera quod eligantur quatuor boni viri videlicet duo pro parte dicti Dni Marchionis et duo pro parte dicte Comunitatis et uniuersitatis qui quatuor ellecti cum Castellano Dragonerii qui nunc est vel pro tempore fuerit assortent acquam opportunam pro ipsis pratis fiendis loco predicto vocato Marcel et pro illis..... que quidem acqua extrahatur de bealeria Cuniculorum et in loco vel locis magis aptis assortetur cum partitorio convenienti ita et taliter quod prata predicta *habeat acquam ad* sufficientiam et quod de alia acqua dicta Comunitas Dragonerii possit et valeat facere libere pro suo usu et singularium personarum eiusdem quicquid libuerit aut videb*itur fiendum aliqua prohibitione facta vel* fienda non obstante Acto eciam quod de flumine macre per bealeriam Cuniculorum possint ipsi de Dragonerio extrahere tantam acquam quantam voluerint et potuerint dum *tamen predicta fiant sine preiudicio ingeniorum preli*bati Dni factorum vel fiendorum Item actum fuit pariter et conuentum quod si occurreret tanta ruina in dicta bealeria seu acqueductu quod non posset sine magna dificultate

Digitized by Google

*et expensa ipsum acquaeductum* repparare quod durante tempore repparationis non possit ab ipsa Comunitate aliquod interesse petti per ipsum Dnum aut eius heredes et idem intelligatur si occurreret tanta guerra quod non possent dicta pratta cultivari si et quando ipsa Comunitas illa afflictasset seu acqua conduci Et idem si occurreret tanta mortalitas quod propter carentiam hominum mortuorum vel absentium hoc fieri non posset que intelligantur dictis impedimentis durantibus Item et quod eo casu quo Comunitas Dragonerii affitet ab ipso Dno dictam terram vocatam Marcel reddueendam ad pratum quod fenum possit conduci per alia pratta Dni ibi contigua ad minus damnum et feno secato et cumulato Item quod si et quatenus predicta omnia et singula promissa et conventa in presenti contractu non seruarentur quod propterea non possit presens contractus infringi sed perpetuam obtineat roboris firmitatem salua semper parti lexe contra aliam actione ad interesse et predicta omnia et singula ipse ambe partes videlicet prelibatus dnus Marchio pro se et suis heredibus et dicti scindici nomine et vice dicte Comunitatis promisserunt sibi vicissim et michi infrascripto notario stipulanti et recipienti nomine et vice quorum insterest vel interesse poterit omnia et singulla infrascripta attendere et obseruare et non contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto seu aliquo tempore sive loco sub expressa yppoteca et obligatione bonorum ipsius Dni et dicte Comunitatis et reffectione dampnorum expensarum et interesse littis et extra Renuntiantes dicte partes exceptioni doli mali metus in factum actioni condictioni indebiti et sine causa vel ex iniusta causa et omni alii iuris et legum auxilio quibus contra premissa vel aliquid premissorum dicere opponere vel venire possent de quibus ipse illustris Dnus Marchio iubxit et dicti scindici et ambaxiatores dicto nomine rogaverunt per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Et ego Petrus Milanexi de loco Carmagnolie publicus imperiali autoritate notarius ac prelibati illustris Principis et Dni nostri Dni Marchionis salutiarum secretarius premissis omnibus presens fui vocatus et hoc presens publicum instrumentum iubsus et rogatus scripsi et recepi signoque meo solito signavi in fidem robur et testimonium premissorum.

*Dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. Pergamene, vol.* I, *n°* 23, *e per le parti corrose da copia autentica del secolo* XVII *da me posseduta.*

Digitized by Google

## N° LII.

### *Il marchese Ludovico di Saluzzo conferma per dieci anni gli statuti dei Comuni di San Damiano e Pagliero nella valle di Maira.*

1453, 7 *aprile.*

Anno domini Millesimo CCCCLIIII (1) Indictione prima die septimo aprilis in platea dicti loci (S. Damiani) ante castrum comparentibus coram illustri principe et excelso domino nostro domino Ludovico Marchione saluciarum Providis viris georgio bonelli jacobo tortelli de sancto damiano jacobo jabreri et johanne peyrani de paglerio Ambaxiatoribus et capitulatoribus et nuntiis ellectis per communitates predictas sancti damiani et paglierii ut asseruerunt ad exhibendum et presentandum capitula in presenti volumine descripta ipsi prefato illustri domino nostro et illa per eum confirmari requirendum nomine et vice ipsarum communitatum ipsorum quidem capitulorum exhibitione facta et ipsis humiliter suplicantibus Capitula ipsa omnia et singula cum additionibus et canzellaturis confirmari ipse idem prelibatus illustris dominus noster visis et seriatim examinatis ipsis capitulis et statutis ac additionibus et canzellaturis Confirmavit illa omnia et singula . . . aprobavit cum aditionibus omnibus factis canzellaturis et capitulis canzellatis exceptis Et obtinere voluit roboris firmitatem hinc ad decem annos proxime venturos Et ultra ad ejus beneplacitum mandans expresse illa dicto tempore durante protinus observari prout in eisdem disponitur per quoscumque ejus officiarios et subdictos qui nunc sunt et pro temporibus fuerint. In cujus rei testimonium predicta scribi jussit per me infrascriptum notarium publicum et ejus secretarium. Et petrus milanexii de carmagnolia publicus imperiali auctoritate notarius secretarius prelibati domini marchionis predictam aprobationem et confirmationem statutorum confirmationem atque

(1) *Corr.* Millesimo CCCCLIII.

Digitized by Google

mandatum de ordinatione ipsius domini marchionis scripsit et hic se subscripsit cum appositione sui signi tabellionatus in testimonium premissorum.

*Estratto dal volume in pergamena dei Capitoli o Statuti delle comunità di San Damiano e Pagliero nell'Archivio di San Damiano, fol.* 43.

## Nº LIII.

## *Costanzo Berardo di San Damiano milite e dottore in leggi, tanto a nome proprio che quale tutore delli Guglielmo e Gaspare di San Damiano suoi nipoti, conferma e approva gli statuti del luogo di Cartignano.*

1454, 27 *febbraio.*

In nomine domini nostri Yhesu Christi Amen. Anno nativitatis ejusdem domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo quarto Indicione secunda cum eodem anno sumpta die vero XXVII mensis februarii actum in cartignano videlicet in aula veteri depicta palacii infrascripti domini Constancii Presentibus francischo martine notario de dragònerio johanne berardi alias petit de saluciis Johanne bernardi de accelio et luca lam . . de sancto michaelle testibus ad infrascripta omnia et singula vocatis nominatim et specialiter rogatis. Ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam deducatur quod comparentibus loco predicto coram magniffico et potente milite et eximio legum doctore domino Constancio de sancto Damiano condomino Cartignani et Joardi providis et discretis viris Jacobo gaviglio alias morati et gullielmo bonifanti alias caruti sindicis comunitatis et universitatis loci cartignani predicti nec non jacobo girardi jacobo barberii alias de valente nicolao bonelli et mayfredo gavigli Consiliariis et credendariis loci predicti cartignani et comunantie ejusdem nomine et vice ipsius comunitatis et universitatis et singularum personarum ejusdem humiliter supplicantibus et

Digitized by Google

requirentibus ut statuta ac capitula omnia et singula condicta et ordinata per sapientes ad hoc per ipsam comunitatem electos ac exhibita et presentata ipsi domino constancio condomino dicti loci jam aliquibus diebus preteritis scriptaque manu mei infrascripti notarii et etiam canzellata correcta et emendata in pluribus locis de voluntate dicti domini constancii et dictorum sindicorum et consiliariorum. Et hoc in quodam quaterno papiri simul consuto quatenus dignaretur ipsa statuta ac capitula confirmare et approbare ac mandare illa inconcusse servari. Igitur ad dictorum sindicorum et consiliariorum requisitionem et postulationem prefactus magnifficus miles et legum doctor dominus constancius de sancto damiano condominus dicti loci cartignani et joardi tam nomine suo proprio quam ut tutor et tutorio nomine gulliermi et gaspardi filiorum et heredum spectabilis quondam domini jacobi de sancto damiano et coheredis spectabilis domini baldesalis de sancto damiano quondam domini dicti loci et patris ipsorum duorum Constancii et Jacobi ut de dicta tutella constat in testamento dicti quondam domini baldesalis de santo damiano recepto per me subscriptum notarium sub publicationibus in eodem insertis et denotatis Ex sua certa scientia et spontanea voluntate attendens sinceram fidelitatem quam semper habuerunt homines Cartignani ad ipsum et suos antecessores omni meliori modo quo potuit per se et suos heredes ac nomine dictorum liberorum. Vissis pariter sepius et seriatim examinatis correctis et emendatis ac reprobatis reprobandis ipsis statutis seu capitulis Illa que non sunt aprobata seu in totum canzellata Cum correctionibus et canzellaturis ac emendationibus factis et descriptis in eisdem manu mei subscripti notarii prout sunt canzellata et emendata Confirmavit laudavit et approbavit et obtinere voluit roboris firmitatem et pro legibus municipalibus haberi Mandantes expresse illa protinus observari in judicando procedendo et cetera faciendo prout in eisdem disponitur et descriptum est per quoscumque ejus officiales et subdictos qui nunc sunt et pro temporibus fuerint volens et ordinans quod reducantur in mundum papirum et quod presens quinternus papiri sibi exhibitus et presentatus in quo sunt scripta ipsa statuta manu mei jamdicti et infrascripti notarii conservetur per consiliarios et sindicos Cartignani in loco tuto Ita quod non possint corrumpi vel falsificari Promitens insuper predictus dominus Constantius per se et suos heredes et nomine dictorum liberorum predictam confirmationem una cum omnibus et singulis in presenti instrumenti contentis ratam gratam et firmam habere perpetuoque tenere observare et non

Digitized by Google

contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium seu alios dictis nominibus aliquo colore ingenio de jure vel de facto sub suorum et dictorum ..... obligatione bonorum presencium et futurorum et restitutione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra. Et dictam confirmationem fecit dictis hominibus et comunitati per medium dictorum sindicorum et consiliariorum presentium et stipulantium ac acceptantium ipsam confirmationem nomine dicte comunitatis et singularum personarum ejusdem Et pro inviolabili observantia omnium et singulorum premissorum prefactus dominus Constancius nominibus premissis se sua sponte et animo ac proposito deliberato et absque ubiquacumque alicujus requisitione Juravit cum ambabus suis manibus super presenti quaterno papiri ipsorum statutorum aperto per eum ad sancta dei evangelia tactis corporaliter scripturis ipsa omnia et singula statuta ac capitula in ipso quaterno presenti descripta et omnia et singula in presenti instrumento contenta attendere et observare et ipsis nunquam contrafacere vel venire nec venire volenti consentire aliquo modo seu causa de jure vel de facto aliquo tempore sive loco sub etiam obligatione et restitutione premissis. De quibus omnibus et singulis suprascriptis jubsum fuit mihi infrascripto notario fieri publicum instrumentum et publica instrumenta consilio sapientis si fuerit opportunum pactis tamen in substantialibus in aliquo minime lexis.

Et ego christophorus de columberio taurinensis diocesis et incola dragonerii publicus imperiali auctoritate notarius predictam confirmationem et laudationem predictorum statutorum de mandato prefacti domini Constancii et predictorum consiliariorum et sindicorum manu propria scripsi et hic me subscripsi cum apositione mei tabellionatus signi consueti in fidem robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

*Dal volume originale cartaceo degli Statuti del luogo di Cartignano, nell'Archivio comunale del medesimo.*

Digitized by Google

## N° LIV.

***I sindaci del Comune di Dronero unitamente allo Stefano Caroli dello stesso luogo vengono a convenzione colli Stefano, Costanzo e Maurizio Zabreri di Pagliero per la costruzione in marmo del portale maggiore della chiesa parrocchiale di Dronero.***

1455, 2 *giugno.*

In Nomine domini Amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto indicione tercia *die* vero secunda mensis junii actum in dragonerio in domo habitationis stephani caroli videlicet in sala majori ipsius domus. Presentibus venerabili domino Johaneto caroli plebano ecclesie sancti andree de dragonerio et johaneto de fopa de dragonerio testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Serie hujus presentis publici instrumenti universis et singulis presentibus pariter et futuris constet evidenter quod Johannes Donadey filius quondam thome et johannes vaca sindici comunitatis dragonerii et stephanus caroli constituti in mei subscripti notarii et testium superscriptorum presentia habentes ad hec infrascripta a comunitate dragonerii speciale mandatum ut asseverabant Nomine et vice dicte comunitatis dragonerii convenirent et ad pactiones et conventiones et obligationes infrascriptas devenirent de fabrica et factura portalis maioris ecclesie parrocchialis sanctorum pontii et andree de dragonerio Cum magistro stephano Constantio et mauricio fratribus de zabreriis de paglierio ibidem presentibus et acceptantibus. In primis quidem dicti stephanus constantius et mauricius per se et eorum heredes sine exceptione juris vel facti bona sua quicumque obligando solempniter promiserunt dictis stephano et sindicis nomine dicte comunitatis stipulantibus et recipientibus et acceptantibus dictum portale fabricare totum ex lapidibus marmoreis et non ex aliis lapidibus Ita quod vacuum ipsius portalis sit in latitudine pedes septem cum dimidio et in altitudine pedes novem Et si sorte dictum portale magis formosum vide-

Digitized by Google

retur seu judicaretur in maiori latitudine et altitudine in vachu quam predictum sit teneantur ipsi stephanus et fratres ipsum portale construere in majori latitudine et altitudine in vachuo juxta ordinationem consilii hominum dragonerii. Item promiserunt et convenerunt dicti stephanus constantius et mauricius per se et eorum heredes ut supra predictis stephano et sindicis ut supra stipulantibus dictum portale fabricare picare lapides levare ex rupe murare et completum reddere omnibus ipsorum fratrum sumptibus et expensis Excepta conduttura lapidum predictorum marmoreorum et exceptis aliis lapidibus non cindendis calce arena et aliis lignaminibus necessariis ad fabricam dicti portalis que omnia fiant per dictam comunitatem dragonerii videlicet a festo nativitatis domini nostri Jhesu Christi proxime venturo in tres annos proxime secuturos. Et hoc juxta modum et formam designamentorum ipsius portalis que comunitas habet penes se. Et e contra dicti stephanus et sindici nomine et vice dicte comunitatis sine aliqua exceptione juris vel facti bona dicte comunitatis quecumque obligando pro fabrica seu factura portalis predicti complendi et perficiendi per dictos fratres in modum supradictum solempniter promiserunt et convenerunt dictis fratribus de zabreriis pro se et eorum heredibus stipulantibus dare solvere et realiter et cum effectu numerare florenos ducentum sexaginta parvi ponderis valoris grossorum duodecim sabbaudie pro singulo ipsorum de moneta currente in marchionatu sallutiarum tempore solutionum fiendarum per terminos infrascriptos videlicet in festo nativitatis domini proxime venturo florenos octuaginta et in alio festo nativitatis domini domini proxime secuturo alios florenos octuaginta. Et totum residuum quum primum ipsum portale per dictos fratres complectum fuerit per modum suprascriptum. Et ultra dictorum florenorum quantitatem eisdem fratribus tradere promiserunt carratam unam grani et sextaria duodecim vini puri ad mensuram dragonerii eisdem tradenda per tempora dum dictum portale fabricabitur. Promittentes dicte partes videlicet una alteri vicissim solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus littem questionem aut controversiam premissorum occasione ullo tempore non inferre nec inferre volenti consentire quomolibet tacite vel expresse directe seu per indirectum Promittentes predictas pactiones et conventiones ratas gratas stabillitas atque firmas habere perpetuo que tenere in nullo que premissorum contrafacere dicere opponere vel venire per se seu alias submissas personas aliqua ratione sive causa seu aliquo tempore sive loco de jure vel de facto Et si forte altera

Digitized by Google

dictarum partium supra per eum pollicita et conventa non observaverit et adimpleverit ut dictum est et propter ea altere altera pars dampnum aliquod seu interesse passa fuerit seu expensas aliquas fecerit in judicio sive extra promiserunt ipse partes vicissim una alteri solempnibus stipulationibus intervenientibus reffícere et restituere omnia et singula dampna expensas ac interesse litis et extra que et quas alteram partem deffectu alterius sive culpa facere seu substinere contigerit in judicio sive extra in deffectu premissorum Pro quibus omnibus et singulis firmius observandis obligaverunt dicti stephanus et sindici omnia bona comunis dragonerii et dicti fratres omnia eorum bona habita et habenda Et premissa omnia et singula prout supra sunt expressa dicte partes promiserunt in manibus mei notarii attendere et observare in nullo que premissorum contrafacere nec venire per se seu alias submissas personas aliqua ratione sive causa de jure vel de facto sub obligatione ac reffectione quibus supra. renuntiantes que exceptioni doli mali dantis causam contractus nec incidentis in contractum in factum actioni conditioni sine causa vel ex injusta causa Exceptioni non sic celebrati contractus. Et dictarum pactionum conventionum et obligationum non sic ut premittitur factarum inhictarum et cellebratarum. Et demum omnibus aliis exceptionibus deffensionibus beneficiis privilegiis et auxiliis canonicis et civilibus ac municipalibus licet hic non expressis quorum legiptimis presidiis contra premissa seu aliquid premissorum dici vel venire possent seu in aliquo se tuheri ita tamen quod generalis renuntiatio non preiudicet speciali nec e contra sed utracumque in suis gradibus plenum sortiatur effectum quibus omnibus renunciaverunt. De quibus omnibus suprascriptis per dictas personas rogatum fuit fieri duo publica instrumenta ejusdem tenoris unum videlicet unicuique partium predictarum per me notarium publicum infrascriptum.

Et ego jacobus resplandini de dragonerio Imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent interfui vocatus hoc que presens publicum instrumentum rogatus sumpsi et scripsi. Ideo hic me subscripsi cum appositione mei tabellionatus signi in testimonium premissorum.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 25.

Digitized by Google

## N° LV.

*Il marchese Ludovico I di Saluzzo conferma agli uomini della borgata di Moschieres di Dronero le loro libertà e franchigie e ne riceve il giuramento di fedeltà.*

1462, 6 *dicembre.*

**Instrumentum confirmationis franchixiarum factum per Illustrem dominum nostrum marchionem saluciarum hominibus Moscheriarum villaris Dragonerii**

In nomine domini amen. Anno ejusdem domini M°•CCCCLXII indictione X die vero VI mensis decembris in camera paramenti castri saluciarum presentibus Egregio legum doctore domino andrea de ecclesia vicario generali illustris domini nostri domini ludovici marchionis saluciarum Nobili petro de Costigliolis magistro hospicii ipsius domini ac egregio legum doctore domino galeacio cavacie nobilibusque viris philipono de montilio et gaspardo de costigliolis scutiferis ejusdem domini marchionis In quorum et mei notarii infrascripti presencia Constituti ante presenciam prelibati domini nostri domini marchionis jacobus seymondi alias de sico (?) sindicus et sindicario nomine comunitatis et hominum ville moscheriarum villaris dragonerii et cum eo Baldesar de ladrit (ut de suo sindicatu patet publico instrumento fieri rogato per antonium juxiane de lotulo notario sub anno domini M° CCCCLXII die XII octobris) Et eidem domino marchioni exposuerunt pro parte hominum habitantium in ipso loco moscheriarum et supplicaverunt ut eis et eisdem nomine dictorum hominum moscheriarum presentium et futurorum confirmare dignaretur eorum franchixias libertates et bonos mores ac consuetudines eisdem concessas per Illustres Dominos Marchiones predecessores ipsius domini marchionis descriptas in certis instrumentis que exhibuerunt infra designata. Quibus auditis Ipse Illustris Dominus Marchio prius viso quodam instrumento per predictos de moscheriis exhibito et recepto per henricum riconelli de raconixio notarium sub anno domini M• CCCXXXIII in-

Digitized by Google

dictione prima die XI decembris. Item viso alio instrumento recepto per Antonium bagnolati de bargiis notario sub anno domini M° CCCCXXXIIII die XII octobris in quo continentur certe deposiciones tunc facte in favorem ipsorum de moscheriis Item visis aliis duobus instrumentis compromissi et sentencie receptis per manfredum de arpeascho de dragonerio notarium publicum sub anno domini M° CCCXXXVIII die XI decembris. Item viso alio instrumento franchixiarum concessarum ipsis de moscheriis per illustrem quondam dominum thomam marchionem saluciarum abavum ipsius domini marchionis moderni recepto per petrum marentini notarium sub anno domini M° CCCXLV die XIII mensis aprilis per quod patet quod ipse dominus thomas marchio tunc approbavit et raptificavit ipsis de moscheriis omnes eorum franchixias libertates et consuetudines alias per ipsum et suos predecessores concessas ipsis de moscheriis Et insuper ipse dominus thomas marchio eosdem de moscheriis libere quitavit et in perpetuum absolvit ab omni onere faciendi custodiam vel scharamvaytam in dragonerio et loco dragonerii nec in aliquo contribuere in ipsis custodiis nec possint homines Dragonerii ipsis de moscheriis occaxione ipsarum custodiarum imponere aliquas taleas a quibus ipsos liberavit et absolvit etiam et concessit ipse dominus marchio thomas eisdem de moscheriis de gratia speciali et puro dono quod possint libere et impune elligere et constituere ad eorum voluntatem in moscheriis Consules consciliarios et camparios ac decanum prout eis placuerit. Item visa alia ordinacione facta per quondam dominum Bergadanum de miruculis (*sic*) vicarium tunc marchionatus saluciarum sub anno domini M° CCCLXIIII indictione secunda die XIII mensis madii volens suorum predecessorum inmitari et ipsos homines de moscheriis gratiosis favoribus prosequi ipsis hominibus tam presentibus quam futuris et tam comuniter quam divisim licet absentibus ac jacobo symondi scyndico superius nominato et sindicario nomine ipsorum de moscheriis et baldesal de ladrit approbavit raptificavit et confirmavit ac ratas habere et tenere promiscit per se et suos successores omnes libertates franchixias et bonas consuetudines olim concessas datas et factas ipsis hominibus per suprascriptos illustres dominos marchiones predecessores suos que descripti sunt in instrumentis superius nominatis maxime in instrumento facto sub anno M° CCCXLV que concessa fuerunt per illustrem quondam dominum thomam marchionem saluciarum abavum ipsius domini marchionis moderni. Promisitque ipsis Jacobo Symondi sindicario nomine dictorum homi-

Digitized by Google

num moscheriarum et dicto baldesali deladrit ac mihi notario publico infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice ipsorum hominum omnium et singulorum presencium et futurorum pro se et suis successoribus ipsas franchixias libertates et bonos mores ac consuetudines in suprascriptis instrumentis descriptas ratas et firmas habere perpetuo et tenere ac perpetuo observare sub obligatione omnium bonorum suorum et numquam contrafacere vel venire aliqua racione vel causa renuntians ipse dominus marchio omni exceptioni juris et legum auxilio quibus contra premissa venire posset. Quibus sic peractis dictus Jacobus simondi dicto sindicario nomine hominum et universitatis moscheriarum ac suo nomine proprio ac dictus baldesal deladrit suo etiam nomine fecerunt fidelitatem ipsi domino marchioni et juraverunt ad sancta dei evangelia manibus tactis scripturis in animas suas et dictorum hominum quod ipsi perpetuo erunt boni et fideles homines ipsius domini marchionis et suis successoribus marchionibus et facient et adimplebunt omnia et singula que boni et fideles homines eorum domino facere debent et que continentur in nova et veteri forma fidelitatis. De quibus omnibus prelibatus illustris dominus marchio jubsit et dictus jacobus simondi sindicus dicto nomine rogavit per me notarium suprascriptum fieri publicum instrumentum.

*Dal tom.* II, *f.* 76 *dei protocolli del Pietro Milanesio negli Archivii generali di Stato a Torino.*

## N° LVI.

### *Il vescovo di Torino Ludovico di Romagnano autorizza la fondazione di un ospedale nel luogo di Caldano presso Stroppo e l'unione di esso colla chiesa dei SS. Pietro e Paolo dello stesso luogo, concedendone il patronato all'Amedeo Agnesi, rettore della parrocchia del luogo di S. Michele, ai suoi fratelli e nipote e loro discendenti.*

1463, 7 *luglio.*

Juspatronatus et fundatio hospitalis sanctorum apostolorum Petri et Pauli super finibus Stropi

Ludovicus etc. dilecto nobis in Christo presbitero amedeo de agnexiis de stropo rectore ecclesie parrocchialis sancti michaelis



Digitized by Google

de loco sancti michaelis una cum marcho stephano ejus fratribus et constantio ex fratre nepoti patroni ecclesie beatorum Petri et Pauli apostolorum site super finibus stropi in loco dicto in caudano nostre taurinensis diecesis salutem in domino sinceram. Exhibita nuper nobis parte tui petitio continebat quod cum alias tibi prefatisque marcho stephano fratribus et constantio nepoti tuis prefate ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli juspatronatus et vestris de progenie vestra in infinitum descendentibus conceximus disponas quod tu in remedium tam anime tue quam predecessorum et successorum et agnationis tue animarum unum hospitale juxta et apud dictam ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli pro receptatione christi pauperum fundare et hedificare modo tibi et de agnatione tua ex prefatis marcho stephano et constantio descendentibus juspatronatus una cum prefata ecclesia prefatorum sanctorum Petri et Pauli cujus ecclesie estis patroni reservemus et quod dicta ecclesia et hospitale sit unum corpus et insimul uniti et incorporati. Verumtamen quia dictum hospitale comode fundari nec construi poterit et postquam fundatum et constructum in eo hospitalitas observari poterit nisi mediantibus elemosinis et piis ac caritativis subsidiis dignaremur aliquas indulgentias manus adjutrices porigentibus concedere. Nos igitur informati de jure patronatus prefate ecclesie tibi et tuis concesso et tuum salubre propositum in domino comendantes ac supplicationibus et expositis annuentes presentium tenore ut possis dictum hospitale apud et juxta dictam ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sub eodem vocabulo fundare construere et hedificare seu fundari construi et hedificari facere ad opus et ad receptationem Christi pauperum tibi auctoritatem et licentiam in domino impartimur. Reservata tamen nobis et successoribus nostris perpetuo libra una cere in festo sancti martini annuatim perpetuo solvenda in signum superioritatis et erectionis ipsius ecclesie et hospitalis ad vestri presentationis collationis. Et quia dignum est et juridicum ut postquam dicte ecclesie tu et tui qui illam fundastis patroni estis ipsius hospitalis et jus patronatus habeatis Presentium tenore dictum hospitale cum omnibus juribus suis et pertinentiis presentibus et futuris prefate ecclesie sanctorum petri et pauli perpetuo unimus et incorporamus adeo ut qui sit rector dicte ecclesie sit etiam ipsius hospitalis et sint unum et idem corpus tibique et prefatis fratribus et nepoti tuis et ex ipsis descendentibus perpetuo jus nobis presentandi rectorem infra juris terminum dummodo ydoneum reservantes. In quorum testimonium presentes nostras literas fieri et

Digitized by Google

registrari mandamus. Actas cherii in domo nostre habitationis die VII mensis julii MCCCCLXIII.

*Archivio arcivesc. di Torino. Protocol, vol. 34, fol. 360.*

## N° LVII.

***I sindaci di San Damiano e Pagliero a nome delle rispettive Comunità fanno compromesso nelli Laurenzono de Pagno, procuratore fiscale del marchese di Saluzzo, e Costanzo Garini, notaio di Dronero, e questi pronunziano sentenza sulle controversie le quali vertivano fra le due Comunità relativamente alla divisione dei rispettivi territorii, ai dritti di pascolo, adacquamento e altri, e specialmente riguardo al sito detto Alpo di Draonereto sui confini di Alma e Sampeyre.***

1470, 26 *marzo e* 8 *giugno.*

**In nomine Domini Amen.** Anno Nativitatis Ejusdem milesimo quadringentesimo septuagesimo indictione tercia et die vigesima sexta mensis marcii Quoniam. Quemadmodum precise arbores in multarum virgularum copia plurimis ramis excrestendo resurgunt ita excrestente litigio sumptus multifarie redundarent nisi tota questio per concordiam extirparetur litigiorum vim incendia aqua tranquillitatis extinguit. Ea propter ex audiencia presentis veri et publici instrumenti universis et singulis presentibus et futuris sit manifestum Quod cum materia questionis esset et major in futurum sperraretur intervenire et esse inter discretos viros Micahellem Lunelli et marchiotum Bressiam Sindicos Comunitatis et ipsius loci paglierii nomine ipsius comunitatis et hominum dicti loci ut de dicto sindicatu constat publico instrumento recepto manu martini say... notarii publici de palierio sub anno domini mil-

Digitized by Google

lesimo CCCCLXX indictione tercia et die septima mensis marcii ex una parte Et discretos viros Johaninum tortelli et Baldessalem Berardi sindicos comunitatis et hominum loci sancti damiani nomine dicte comunitatis et hominum ipsius loci ut apparet per publicum instrumentum manu anthonii balt (*sic*) Bonelli notarii publici habitatoris dicti loci sancti damiani receptum sub anno domini millesimo CCCCLXIX indictione secunda et die quarta mensis decembris parte ex altera **Super eo** videlicet quia dicti michael lunelli et marchiotus bressia nominibus sindicariis dicte comunitatis et hominum paglierii dicebant quod ex forma statutorum et libertatum locorum sancti damiani et paglierii homines sancti damiani non possunt facere aliqua bannimenta nisi cum consensu hominum paglierii et quod fines sunt comunes inter easdem comunitates exceptis prediis privatorum. **Item** dicebant quod contra formam dictorum statutorum homines sancti damiani fecerunt quedam bandita in alpo draonereti et herbam dicti alpi vendiderunt sine scitu et consensu hominum de paglierio. Et deinde accusaverunt non nulla animalia personarum dicti loci paglierii seu accusari fecerunt. **Item** plus dicebant quod homines et comunitas paglierii ab antiquo tempore fuerunt et sunt in possessione paciffica et quieta de pascendi eorum animalia in finibus et pasquis sancti damiani et presertim in pasquis draonereti quibus coherent fines sancti petri et alme et boscherandi in nemoribus comunibus dicti loci sancti damiani. **Ex adverso** dicti joanninus tortelli et baldessal berardi sindici et nominibus sindicariis comunitatis et hominum sancti damiani negabant petita et allegata per dictos homines de paglierio. Et ulterius dicebant quod licet dicte comunitates paglierii et Sancti damiani habeant capitula et statuta comunia pro ut habent comunitates vallis macre a ripo bressino supra tamen finagia et predia hominum dictarum comunitatum sunt distincta et quelibet comunitas habet suos consiliarios et fieri consueverunt consilia dictarum comunitatum ab antiquo tempore absque eo quod requiratur consensus consiliariorum ambarum comunitatum predictarum. **Item** plus dicebant quod comunitas sancti damiani et consiliarii ejusdem loci fuerunt et sunt in quasi possessione banniendi eorum finagium tam comune quam proprium. Et presertim banniendi et vendendi herbam alpi draonereti et accusandi ac accusas faciendi tamquam super finibus suis et hoc de antiquo tempore in singulis annis absque eo quod requiratur et fuerit requisitus consensus comunitatis paglierii seu consiliariorum ejusdem loci. Multa alia proponebantur et replicabantur hinc inde per ipsas par-

Digitized by Google

tes que hic recitare essent prolixa **Tandem** dicte ambe partes non per errorem sed bene informate volentes lites evitare pacem et concordiam eligere et se potius amicabiliter convenire pro ut boni et veri vicini quam eventu dubio et judiciario se submittere de predictis omnibus et de omnibus aliis questionibus litibus et controversiis que occasione predictorum vertebantur seu verti sperabantur cum dependentibus emergentibus et connexis ex eis seu quovis modo inter eas occasione premissorum verti possunt in hoc compromisso expressis vel non pro se sive pro heredibus et successoribus omnibus ac nominibus quibus supra compromiserunt et consenserunt de alto et basso in nobilem et egregios viros laurenzonum de pagno de Saluciis procuratorem fiscalem marchionalem et constancium garini notarium de Dragonerio comuniter et concorditer per dictas partes electos tamquam in arbitros et arbitratores ac amicabiles compositores **Dantes** etc. . . . . . . de quibus rogatum fuit per me notarium infrascriptum debere confici duo pubblica instrumenta videlicet utrique parti unum unius et ejusdem tenoris dictamine sapientis amplianda reformanda tam ante productionem in judicio quam post prout melius fuerit visum fore fiendum. Acta fuerunt premissa in sancto damiano videlicet in ruata vallate in itinere publico ante domum ludovici turcheti hospitis presentibus providis viris bartholomeo ayme notario ameoto de columberio de marmore maynfredo gavigli de cartignano constancio lombardi alias ruate ponciaccio viviani et constancio filio martini lombardi de elva omnibus testibus vocatis et rogatis ad premissa.

**Post quos** laurenzonus de pagno de saluciis procurator fiscalis marchionalis. **Et** Constancius garini notarius de Dragonerio arbitri arbitratores et amicabiles compositores electi comuniter et concorditer inter discretos viros michaellem lunclli et marchiotum bressiam sindicos communitatis paglierii nomine ipsius comunitatis et hominum dicti loci ex una parte et discretos viros joanninum tortelli et Baldessale berardi sindicos Sancti damiani nomine ipsius comunitatis et hominum dicti loci ex altera parte super differenciis litibus et questionibus vertentibus et que verti possent inter dictas partes ocasione et pretextu finium dictarum comunitatum et maxime vallonis seu alpi quod appellatur draoneretum et certarum accusarum factarum per quosdam homines sancti damiani contra certos de paglierio de certis animalibus repertis in dicto alpo draonereti ac eciam pretextu ayssartorum aquagiorum pascagiorum et boscagiorum et bannitarum dictarum comunitatum pro ut apparet per publicum instrumentum com-

Digitized by Google

promissi supra scriptum receptum per me ysaach brune notarium publicum infrascriptum sub hoc eodem anno et indictione et die vigesima sexta mensis marcii ad quod habeatur relatio brevitatis causa. Quo quidem compromisso viso et potestate ac bayllia nobis in eodem attributa advisata. Et visis ac auditis peticionibus responsionibus ac replicationibus ambarum parcium viso quoque loco predicto de draonereto ad oculum semel bis ter variis quoque diebus et eciam aliis locis finium predictarum comunitatum et rebus subjectis oculis quarum occasione controvercie nascebantur et nate erant ac eciam visis registris dictarum comunitatum. Et habito consilio plurimorum bonorum virorum vicinorum utriusque partis quos astrinximus propriis instrumentis ut supra predictis discordiis sedandis et supra juribus bannitis usibus consuetudinibus et aquagiis dictarum partium. Nobis darent rectum consilium atque justum secundum sensus et conscientias eorumdem remotis odio timore precio precibus et amore non plus ad unam partium quam ad aliam declinando. Et receptis singillatim consiliis ac dictis et testimoniis seu depositionibus eorumdem ac testium ab utraque parte productorum et debita deliberatione et examinatione pesatis et examinatis et deinde visis et auditis omnibus que dicte partes coram nobis dicere deducere replicare et allegare voluerunt et super hec mature procedentes volentes dictas questiones et controversias tam motas quam movendas et tam presentes quam futuras et preteritas et quascumque que de cetero possent fieri vel moveri inter partes easdem vel personas aliquas parcium earumdem amicabiliter potius quam juris strepitu concordare et tam sedare preterita quam remedium adhibere futuris pro bono pacis et concordie inter partes easdem de cetero perpetuo confirmande viam eligentes arbitrationis et amicabilis compositionis et boni viri volentes partes ipsas ad concordiam omnimodam revocare et pacem et benevolenciam inter partes jugiter et feliciter confirmare et ea de quibus possent oriri discordie penitus amputentur juxta nobis datam potestatem Christi jesu et gloriose virginis Marie nominibus invocatis. Dicimus pronunciamus sententiamus laudamus determinamus et arbitramur ac arbitramentamus sedendo in his scriptis et presentibus et instantibus sindicis supradictis parcium predictarum ea que inferius continentur et prout et secundum quod inferius declaratur.

**Et primo** dicimus pronunciamus et arbitramur quod inter partes iam dictas sit bona pax et concordia cesseteque omnis questio ita quod non liceat dictis partibus premissis et infrascriptis

de causis de cetero litigare. **Item** dicimus pronunciamus laudamus et arbitramur quod liceat de cetero hominibus et comunitati sancti damiani bannire alpum draonereti prout et quemadmodum fuerunt soliti bannire antiquitus cui coherent fines alme et sancti petri ac certa prata hominum sancti damiani ipsumque alpum bannitum tenere et herbam ejusdem vendere et affitare videlicet ab introitu mensis aprilis singulis annis perpetuisque temporibus usque ad diem quintam mensis julii proxime secuturi exclusive cujuslibet anni in perpetuum ita tamen quod in alio tempore anni perpetuisque temporibus liceat hominibus et comunitati et singularibus personis paglierii eorum animalia depascere in dicto alpo libere et impune pro libito sue voluntatis nec liceat dictis hominibus et comunitati sancti damiani ipso tempore dictum alpum alicui persone afficiare seu bannire. Non intendentes tamen ex hoc prejudicare hominibus et comunitati sancti damiani quin possint eorum animalia depascere in dicto alpo. **Item** dicimus et pronunciamus quod liceat de cetero hominibus et comunitati ac singularibus personis paglierii depascere eorum animalia in aliis finibus et pasquis comunibus sancti damiani libere et impune prout acthenus facere consueverunt ita quod non liceat dicte comunitati Sancti damiani et hominibus ejusdem loci aliquam facere aliam bannitam de dictis eorum pasquis contra dictos homines et comunitatem paglierii nisi interveniente consensu dictorum de paglierio et hoc intelligatur a flumine macre citra tantum. **Item** dicimus et pronunciamus quod de cetero liceat hominibus et comunitati paglierii boscherare in nemoribus communibus Sancti damiani libere et impune prout acthenus fecerunt et facere consueverunt ita quod dicti homines et comunitas sancti damiani nullam possint facere bannitam de dictis nemoribus contra dictos de paglierio sine consensu comunitatis et consilii paglierii exceptis tamen nemoribus melezi sitis versus draoneretum et ruribus sitis in dictis finibus sancti damiani loco dicto in robi que banniri possint per homines sancti damiani pro ut consueverunt. **Item** et versa vice dicimus et pronunciamus quod de cetero liceat hominibus et comunitati sancti damiani sua animalia depascere in finibus paglierii comunibus nec non boscherare in eisdem libere et impune ita quod non liceat dictis hominibus et comunitati paglierii aliquam facere bannitam in dictis eorum pasquis et nemoribus communibus contra dictos de sancto damiano nisi interveniente consensu consilii et comunitatis sancti damiani exceptis tamen nemoribus ruris sitis in dictis eorum finibus loco dicto in ruera de serro et exceptis nemoribus melezi si que fuerint que

Digitized by Google

pariter banniri possint per ipsos de paglierio pro ut consueverunt **Item** dicimus et pronunciamus quod dicte comunitates seu altera earumdem non possint nec valeant de cetero aliquam facere bannitam vel afficlare aliqua pasqua comunia sita in dictis earum finibus seu nemora ubicumque in dictis finibus existencia videlicet citra macram aliqui persone nisi in dictis afflctamentis intervenerit consensus ipsarum ambarum comunitatum eo tamen salvo quod liceat ipsis comunitatibus in dictis eorum finibus facere seu fieri facere assartos pro seminando in ipsis et recoligendo grana prout consueverunt dummodo ex hoc non impediantur accessus et passagia necessaria animalibus earumdem comunitatum habentibus de pascere in dictis finibus. **Item** dicimus et pronunciamus quod lapso anno presenti pars superior assarti facti per henricum bolmen. super finibus sancti damiani loco dicto ad vernetum redducatur ad paschum et appascharata remaneat ita et taliter quod animalia dictorum hominum paglierii possint comode ibidem transire et adaquari in fonte seu aqua dicti verneti et prout ipsa pars superior designata fuit per nos jam dictos arbitros videlicet ab una arbore fagus signata per duas cruces tendendo recta linea ad summum aree facte per dictum henricum in dicto assarto et ab ipsa area tendendo deorsum recta linea usque ad quandam bealeriam existentem subtus dictum assartum remanente toto verneto seu sagnacio ad paschum et appascharatum pro animalibus ipsius comunitatis ibidem depascendis. Decernentes ulterius quod elapsis annis decem proxime venturis dictum assartum non possit ulterius laborari et seminari seu aliqui persone afflctari per comunitatem Sancti damiani nisi ad hoc intervenerit consensus consilii paglierii. **Item** dicimus et pronunciamus quod liceat de cetero hominibus et comunitati sancti damiani accipere de aqua fluente a finibus palierii videlicet a comba verneti ai crosi et illam conducere in et super finibus sancti damiani per tres bealerias usitatas quarum una conducatur et fluat a dictis finibus paglierii versus ruatas de vacheriis et de podio et alias circumvicinas. Ita quod non liceat hominibus paglierii aquam dicte bealerie divertere nisi tantummodo casu quo alia aqua non sufficeret pro eorum molendino. Alia vero bealeria combe cusi conducatur a dicto beali versus ruatam de ferrandis seu de turchetis et alia conducatur versus prata de aulagneriis seu ruatam crucis sancti damiani ita quod non liceat hominibus paglierii aquam dictarum bealeriarum divertere nisi tantummodo eis necessariam pro pratis suis debito modo et convenienter irrigandis et adaquandis. **Item** dicimus et pronunciamus quod

dicti homines sancti damiani possint et valeant mutare dictam bealeriam superiorem fluentem ad ruatas de vacheriis et de podio in loco tutiori et facilioris manutencionis nec liceat hominibus paglierii nec alteri persone ipsam bealeriam frangere seu ripe nisi in locis per nos designandis pro divisione aque ipsius bealerie tunc necessarie pro dicto molendino ut supra et cum debito moderamine sub pena pro quolibet contrafaciente et vice qualibet librarum decem applicanda fisco illustris domini nostri domini saluciarum marchionis nec pariter presumant predictas alias bealerias frangere nisi in locis etiam per nos designandis pro dictis suis pratis irrigandis et sub pena predicta quam designationem fiendam ordinamus hinc ad et per totum mensem augusti proxime venturi. Interim vero pendente hujusmodi designatione ordinamus quod dicte partes utantur dicta aqua prout acthenus fecerunt et hoc pacifice et quiete nisi interim aliter inter se convenirent. **Item** quia comperimus quoddam pratum situm in dicto alpo draonereti vocatum pratum grassi fuisse a longo tempore citra registratum in registris paglierii et contribuisse in oneribus comunitatis paglierii pro denariis sex registri quod pratum fuit expost aquisitum pro comunitate sancti damiani a coleto berardi ipsaque comunitas sancti damiani recusavit solvere taleam paglierii sibi pertinentem occasione dicti prati dicimus et pronunciamus quod dictum pratum grassi removeatur a registris paglierii ita quod dicta comunitas sancti damiani de cetero non teneatur occasione dicti prati contribuere in taleis et oneribus dicte comunitatis paglierii decernentes et assignantes dicte comunitati paglierii in recompensationem registri dicti prati grassi videlicet registrum prati georgii bonelli siti in finibus sancti damiani loco dicto in chialop coherent quod pratum georgii bonelli de cetero registretur in registris paglierii et contribuat in oneribus comunitatis dicti loci et removeatur a registris sancti damiani. A **Item** dicimus et pronunciamus quod banna accusarum factarum per constancium bernardi de sancto damiano seu ejus filium et alios affittatores dicti alpi draonereti anno proxime lapso contra homines paglierii solvantur comuniter per dictas comunitates sancti damiani et paglierii videlicet quelibet ipsarum comunitatum parte pro dimidia ut omnis questio de medio tollatur. **Item** dicimus et pronunciamus quod si contingerit infra unum annum aliqua oriri dubia seu obscuritates vel errores coram nobis proposuisse habeant infra dictum tempus quorum dubiorum seu errorum vel obscuritatum declarationem decisionem et diffinicionem ac interpretacionem nobis reservamus hinc a festo

Digitized by Google

sancti michaelis proxime venturi in unum annum tunc proxime secuturum. **Taxantes** nobis pro sportulis nostris et pro vacacionibus per nos dicta occasione factis tam super dicto alpo et montibus quam aliter hinc et inde ad ducatos decem nobis solvendos pro qualibet dictarum comunitatum parte pro dimidia hinc ad primum diem mensis augusti proxime venturi et hoc sub pena compromissi. **Et ita** nos jam dicti arbitri et arbitratores dicimus pronunciamus laudamus ordinamus sententiamus diffinimus et arbitramur ac arbitramentamus et per partes jam dictas actendi et observari mandamus sub pena in dicto compromisso contenta † aliam. A **Item** dicimus et pronunciamus quod quelibet dictarum comunitatum possit et valeat vendere et affittare fagia nascitura et excretura seu fructus arborum fagum existencium super dictis finibus suis utriusque comunitatis pro libito sue voluntatis premissis non obstantibus. Constat mihi notario de addictione istius clausule facta in linea **LXXXVIII**ª que vicio non processit sed errore quam approbo. **Lata** data et promulgata fuit suprascripta arbitralis sentencia per dictos dominos arbitros et arbitratores lecta tamen per me notarium infrascriptum loco juris sancti damiani. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo inditione tercia et die octava mensis junii presentibus supranominatis sindicis dictarum comunitatum sancti damiani et paglierii nec non presentibus venerabilibus presbiteris dominis reymundo gosmari de dragonerio domino henrico crazza rectore ecclesie lottolorum jacobo constancii micahelle sexani de sancto michaelle bertrando boneti de revello filio petri constancio isaye sartore de elva et francisco de centenerio de extropo omnibus testibus ad premissa audienda vocatis specialiter et rogatis.

Et me ysaach brune de elva imperiali et regia auctoritatibus notario publico qui in premissis omnibus dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum testibus in utroque instrumento superius nominatis presens personaliter steti et de ipsis notas recepi ex quibus predicta duo publica instrumenta compromissi videlicet et sententie inde confeci scripsi et in hanc publicam formam in presenti pergamena manu propria fideliter reddegi signoque meo solito signavi pro parte comunitatis et hominum sancti damiani in testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

*Dalla pergamena originale dell'Archivio comunale di San Damiano.*

Digitized by Google

N° LVIII.

*Sentenza arbitramentale pronunziata da Giovanni di Vische, detto il Piccolo, scudiero del marchese Ludovico e podestà di Dronero, fra la Comunità di Dronero ed il luogo ed uomini di Moschieres.*

1470, 15 *dicembre.*

**In nomine** domini amen. **Nos** parvus johannes de visquis scutiffer Illustris Principis et excelsi domini nostri domini Marchionis Salutiarum etc. arbiter et arbitrator ac amicabilis compositor assumptus et ellectus per et inter nobiles stephanum caroli et Constantium garini maurini sindicos et sindicario nomine communitatis dragonerii ex una parte Et henricum nazeri anthonium arneodi et georgium ruoria de moscheriis procuratores sindicos ac procuratorio et sindicario nomine hominum dicti loci moscheriarum ex altera prout de compromisso in nos facto late apparet instrumento publico fieri rogato per Johanne aynaudi notario de dragonerio sub anno presenti millesimo CCCCLXXII et die XIIII septembris Et de ipsius compromissi prorogatione per nos facta de qua constat publico instrumento etiam fieri rogato per petrum gastaudi noctarium de saluciis hoc eodem anno et die ultima octobris Viso primum compromisso predicto et prorogatione secuta Visaque potestate nobis actributa. Visis peticionibus propositionibus earumdem partium coram Nobis pluries factis et reiteratis Viso processu cause agitate inter easdem partes Coram spectabili et prestantissimo juris utriusque doctore domino Galeaz Cavatie vicario generali et in ea parte commissario marchionali specialiter deputato Coram nobis ac in manibus nostris producto et reproducto. Visis precipue actestationibus testium ab utraque parte productorum pro iustificatione intentionis sue. Visis etiam instrumentis franchisiorum et libertatum concessarum per illustres dominos Marchiones Salutiarum tam predecessores quam modernum Illustrem dominum nostrum exhibitis pro parte mo-

Digitized by Google

scheriarum et aliis exhibitis pro parte dragonerii Etiam de suis franchixiis eisdem comunitati et hominibus dragonerii pariter concessis. Visis libris et cabreriis statutorum registrorum scayrarum talearum fodrorum et imposicionum pro parte dragonerii productis. Visis etiam instrumentis pluribus et diversis ab utraque parte exhibitis pro corroboranda intentione sua cujusque partis. Visis denique omnibus et singulis per utramque partem in presenti causa exhibitis propositis et jure requisitis et que ipse ambe partes exponere dicere et allegare voluerunt tam ipsis ambabus quam ad parte pro nostri plena informatione et tam orethenus quam in scriptis matura quantum fieri potuit deliberatione prehabita cupientes finem imponere questionibus differenciis et controversiis omnibus et singulis inter partes supranominatas suscitatas et coram Nobis introductas juxta potestatem nobis actributam partecipato etiam super hiis consilio Spectabilis et prestantissimi domini vicarii prementionati Yhesu Cristi et beate virginis marie matris gloriosis nominibus invocatis per hanc nostram sententiam arbitramentalem seu laudum hiis scriptis et prout infrasequitur sedentes pro tribunali in loco infrascripto per nos ad hunc actum electo dicimus laudamus pronuntiamus arbitramur et arbitramentamur condempnamus absolvimus prout infra. **Et primo** pronuntiamus arbitramentamur et laudamus quod inter partes predictas et homines habitatores locorum predictorum dragonerii et moscheriarum perpetuis temporibus vigeat bonus amor vera pax et concordia cessentque lites discordie et controversie ac rancores omnes. **Item** quod locus et villa moscheriarum sit et intelligatur esse prout temporibus preteritis fuisse constat ex juribusque productis pro parte dragonerii in finibus territorio et districtu dragonerii ac intra ipsos fines territorium jurisditionem et districtum ejusdem loci dragonerii. Ita quod sit habeatur et reputetur ipse locus moscheriarum cum suis pertinentiis villa seu villare vel vicus dragonerii et pars universitatis et comunancie ejusdem loci prout actenus fuit salvis tamen infra dicendis et declarandis. **Item** quia non comperimus quoad supplicata pro parte predictorum de moscheriis circha prohibitionem faye et pascuorum ipsius faye nemoris alardi intentionem ipsorum de moscheriis fuisse probatam sufficienter maxime quia testes super hoc deponentes fere omnes sunt de ipso loco moscheriarum in propria causa deponentes et de comodo suo tractantes, et unus tantum videlicet matheus de listchia de buscha qui tamen originem traxit ab ipso loco moscheriarum nec caret suspicione

Digitized by Google

est singularis propterea dictos sindicos dragonerii nomine dicte comunitatis ab ipsis supplicatis absolvimus Quorum supplicatorum tenor sequitur. Devotissime Illustri dominationi marchionali exponitur parte ejusdem dominationis fidelis comunitatis moscheriarum vallis macre mediante persona Johannes ruyre sindici et consiliarii dicte universitatis quod verum sit quod dicti de universitate moscheriarum habeant fines proprios et separatos a finibus dragonerii quos fines consueverint bampnire et disbampnire ipsismet de universitate moscheriarum et quibuscumque ceteris personis non habitantibus in loco moscheriarum habeantque proprium consulem et jusdicentem camparium et decanum et ordinem consiliariorum et novissime in eorum consilio legiptime evocato fecerint bampnimenta de pascuis fuisse ut solum debeat per homines moscheriarum et quoscumque alios venientes ad paschandi faynam pro qualibet bestia porchina quartos denarios et prout ab eterno consueverunt bampnire auctoritate franchisiarum antiquarum quas habent ab illustribus predecessoribus prelibate dominationis Et confirmatas a prelibata dominatione tamen homines loci dragonerii nituntur contravenire predictis eorum franchixiis et ipsorum de moscheriis ordinationibus de dicta fayia intendentes venire ad paschandum nihil solvendo imo et exigendo dictos quartos denarios ordinatos solum debere pro fidentia contra omnem justiciam et equitatem Et contra ipsorum de moscheriis bonas consuetudines et franchisias quod usu est et merito supradicti exponentes se recurrunt ad justiciam prelibate dominationis ut dignetur mandare dictam universitatem non debere turbari per dictos homines dragonerii in dictis eorum franchisiis et ordinatis prout non debent turbari quia minus mutanda sunt que certam interpretationem semper habuerunt in premissis et circha eisdem exponentibus providendo de juris remedio et prout melius noverint alta dominatio vestra quam conservet altissimus. **Item** quum non constitit neque constat nobis de aliqua justa causa quare illi de bertrannis in processu cause nominati licet ex intervallo licti renuntiaverint et voluerint esse cum comunitate dragonerii non debeant contribuere cum aliis de loco moscheriarum ad supportandum taleam et expensas in comuni factas pro eorum rata quemadmodum alii de loco ferunt et faciunt propterea declaramus et arbitramentamur quod ipsi de bertrannis contribuant cum aliis de moscheriis in expensis factis in presenti causa ex quo maior pars et fere omnes de loco sic pariter consensisse et deliberasse apparent in prosequendo et

Digitized by Google

defendendo causam contra illos de dragonerio. **Item** quia occasione dictorum supplicatorum fuit in dubium reffricatu (*sic*) de libertatibus et franchisiis aliquibus concessis dictis hominibus moscheriarum quas ex instrumentis pro parte ipsorum de moscheriis nobis constitit et constat eisdem de moscheriis fuisse concessas franchisias et libertates per Illustres Recolende memorie principes dominos Marchiones Saluciarum predecessores Illustris principis et excelsi domini nostri domini Ludovici moderni marchionis ac per ipsum dominum nostrum modernum confirmatas continentes inter cetera *quod* ipsi de moscheriis non teneantur facere custodiam aliquam nec scaramaytam (*sic*) in loco dragonerii nec aliquid contribuere pro ipsa custodia cum ipsis de dragonerio prout latius in instrumentis predictarum franchisiarum et immunitatum continetur cum beneficium principis decet esse mansurum et quod superior confirmat inferior non potest nec debet infirmare et sic nulla adest juxta causa nobis ostensa propter quam ipsi de moscheriis sint in dicta immunitate gravandi seu molestandi Ideo ex hiis et aliis justis causis laudamus pronuntiamus et arbitramentamur quod ipsi de moscheriis sint in dicta eorum immunitate et franchixia conservandi et ea uti possint et valeant nec contra illius formam et tenorem graventur per illos de dragonerio aut gravari possint in ceteris vero tractentur prout hactenus tractati sunt pro hominibus comunantie dragonerii nec gravari possint in aliquo plus quam ceteri de dragonerio. **Item** consequenter pronuntiamus arbitramur et arbitramentamur quod ipsi homines moscheriarum juxta formam earumdem franchixiarum et libertatum et eorum consuetudinem antiquam libere et impune possint sibi ipsis eligere consules suos ac consiliarios, camparium et decanum qui more solito eorum officia exerceant et exercere possint in eodem loco. Ita tamen quod ipsi officiales jurare teneantur in manibus capitanei seu potestatis dragonerii eorum officium bene et fideliter exercere prout et in ipsis franchisiis expressum est et limitatum **Item** quia sicut supra declaratum est locus ipse moscheriarum comprehenditur in ambitu finium territorii districtus et jurisdictionis dragonerii pronuntiamus et reservamus quod ipsi de moscheriis nihilominus possint et valeant pro quibuslibet causis occurrentibus conveniri coram potestate seu magistratu dragonerii et ibidem distringi ad instantiam cujuslibet contra eosdem de moscheriis agere volentes nec possint ipsi de moscheriis seu valeant quovis modo jurisdictionem potestatis et magistratus dragonerii declinare sub eo pre-

Digitized by Google

textu quod habeant officiales proprios in loco moscheriarum seu jurisdictionem separatam Quin imo teneantur stare juri in loco dragonerii. Et coram magistratu ipsius loci tamquam eorum judice conspectum et ibidem deffendere causas suas. **Item** ne maleficcia et delicta que committi contingit remaneant impunita pronuntiamus arbitramur et arbitramentamur quod dicti consules et camparius teneantur et debeant ad omnem requisitionem quandocumque fiendam per potestatem seu clavarium dragonerii qui pro tempore fuerint denunciare et referre singula maleficcia et delicta que committentur in loco moscheriarum et partibus adjacentibus et que ad ipsorum notitiam devenerint per accusationem denuntiationem querellam famam publicam vel alias legitime Et hoc totiens quotiens continget ipsos officiales dragonerii accedere ad locum moscheriarum. declarantes tamen quod saltem quater in anno et sic de tribus in tribus mensibus teneantur et debeant ipsi consules moscheriarum qui pro tempore fuerint accedere dragonerium ad refferenda et denuncianda delicta maleficcia et banna que fient et committentur in moscheriis et locis propinquis et hoc tamen si et quatenus de ipsis tribus in tribus mensibus fuerint aliqua commissa et ad ipsorum officialium moscheriarum notitiam pervenerint **Item** quia per nos amplexa fuit via concordie et amicabilis compositionis et quia inter partes predictas censetur esse mutua victoria huic judicio quoad aliqua propterea easdem partes ab expensis factis in hac causa tam judiciali quam coram nobis absolvimus compensationem invicem factam salvis tamen exportulis nostris et domini consultoris. **Item** postremo pronuntiamus precipimus et mandamus quod partes prenominate et earum quelibet antequam a nostra presentia discedant teneantur et debeant hujusmodi laudum nostrum et sententiam arbitramentalem in omnibus et per omnia confirmare ratifficare et omologare ac deinde observare sub pena in compromisso contenta. **Data** lata et hiis inscriptis promulgata fuit ista presens arbitralis et arbitramentalis sententia et laudum per prefatum Nobilem parvum johannem de visquis scutifferum marchionalem arbitrumque et arbitratorem ac amicabilem compositorem partium supradictarum et infrascriptarum sedentem pro tribunali in domo et studio spectabilis et clarissimi domini galeaz cavatie juris utriusque doctoris et vicarii generalis marchionatus saluciarum presentis sententie consultoris preminenti etiam ibidem assistentis et sedentis sitam in burgo superiori saluciarum et in ruata fratrum predicatorum cui domui coherent via a duabus partibus et nicolinus de savona

Digitized by Google

alias de caramania lectaque et publicata de ejusdem domini arbitri et arbitratoris mandato per me petrum gastaudi notarium publicum de salucio anno domini millesimo CCCCLXX secundo inditione quinta die martis XV^ta^ mensis decembris de qua dictus dominus arbiter et arbitrator jussit fieri debere publicum instrumentum presentibus ibidem egregiis viris bartholomeo de sancto sixto de saluciis francischo cantarelli de Verzolio francischo stancha de valfeneria noctariis publicis ac petro galandrini de montebarcherio testibus adhibitis vocatis et rogatis Presentibus etiam dictis ambabus partibus ad hec assignatis videlicet egregio costantio garini maurini de dragonerio sindico et sindicario ac procuratorio nominibus comunitatis dragonerii et cum eo nobili viro stephano Caroli ad hoc specialiter misso dictam sententiam arbitramentum et laudum omologantibus aprobantibus et confirmantibus dicto nomine in punctis videlicet passibus in partibus favorem dicte comunitatis dragonerii concernentibus ex una. Pariter et henrico nazer et georgio rivorio de moscheriis etiam presentibus sindicis et sindicario nomine hominum et comunitatis moscheriarum et cum ipsis jacobo arnaudo de salutiis ac anthonio simondi nuntio et solicitatore transmisso etiam ratifficantibus emologantibus et confirmantibus ipsam sententiam arbitramentum et pronunciamentum in partibus et passibus illis videlicet in quibus concernit favorem et comodum predicte comunitatis et hominum moscheriarum.

Et ego petrus Gastaudi de saluciis publicus imperiali auctoritate notarius instrumentum sententie et laudi premissum mihi jussum fideliter levavi et tradam ad oppus communitatis dragonerii cum insertione supplicationis parte de moscheriis producte quam quidem supplicationem insertam in ipsa sententia vigore ordinationis et sententie super hoc late per spectabilem dominum Galeaz cavatia juris utriusque doctorem et vicarium generalem marchionatus salutiarum recepte per franciscum stanche notarium et scribam causarum secretarie Egregii viri andree bocaceti secretarii marchionalis sub anno domini millesimo CCCCLXXIII° indictione sexta et die quarta mensis septembris quod de ejusdem domini vicarii mandato cum jamdicto notario facto per ipsum francischum stancha notarium et hic me subscripsi aposito meo tabellionatus signo in fidem premissorum.

Digitized by Google

*Galeazzo Cavazia vicario generale del marchese Ludovico I manda inserire il ricorso presentato dagli uomini di Moschieres nella surriferita sentenza arbitramentale.*

1473, 4 *settembre.*

**In nomine domini amen Nos** Galeaz Cavatia juris utriusque doctor vicariusque generalis Illustris Principis et excelsi domini nostri domini ludovici marchionis salutiarum etc. Universis et singulis facimus manifestum quod anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio inditione sexta die quarta mensis septembris Coram nobis sedente pro tribunali in studio domus nostre solite habitationis supra uno bancho ibidem existenti quod pro nostro elegimus tribunali Comparuerunt expertus Causidicus Jacobus merlo sindicus et procurator de sindicario et procuratorio nominibus comunitatis et hominum dragonerii postulans in presenti causa ordinari et ordinando pronuntiari supplicationem parte hominum moscheriarum Illustri domino nostro porrectam fore inserendam et inseri debere in sententia arbitramentali lata per Nobilem parvum johannem de Vischis inter ipsas partes dragonerii et moscheriarum ex una parte Et vir laudabilis Jacobus Gambaudi sindicus et procurator et sindicario et procuratorio nominibus hominum et comunitatis moscheriarum cum eodem existente henrico nazari nuntio et solicitatore ad hoc misso inherendo et insistendo parte dicte comunitatis moscheriarum cedulatis deductis et fieri requisitis a quibus recedere non intendit. Postulans pariformiter ordinari et jus dici in sui favorem eodem nomine et contra partem cum protestatione expensarum et alterius sui juris ex altera parte. Et nos vicarius ut supra pro tribunali sedens Visa requisitione facta per Cristophorum de Columberio et Constantium Aynaudi sindicos et sindicario nomine comunitatis dragonerii contra homines moscheriarum die XXVIII mensis aprilis preteriti per quam effectu requisiverunt dicto nomine debere ad memoriam gestorum inseri in sententia arbitramentali lata inter ipsas comunitates et partes per No-



Digitized by Google

bilem parvum johannem de Vischis tunc potestatem dragonerii quamdam supplicationem porrectam Illustri domino nostro per ipsos de moscheriis ex quo fuerunt absoluti ab ipsis supplicationibus per illos de moscheriis ne contingat illam deperdi in prejudicium ipsorum de dragonerio et observatione veritatis Viso termino per nos tunc supracitato georgio Rivoyra sindicario nomine intervenienti pro dictis de moscheriis cum circumspecto viro Jacobo Druandi eorum causidico ad deliberandum et allegandum justas causas si quas habeant ipsi de moscheriis quod requisita per parte dragonerii fieri non debeant. Visa comparitione dictorum Cristophori et Constantii sub die VI mensis maij instrumentum dicto nomine ut supra cum exhibitione sententie predicte arbitralis. Et predicti Jacobus Arnaudi et nomine Illorum de moscheriis producentes cedulam incipientem Quum per *quam* instrumenta opponitur ipsos comparentes pro comunitate dragonerii non esse tales quales se asserunt et ulterius non esse fienda requisita eorum parte postquam prefatus nobilis arbitrator functus est officio suo Viso instrumento sindicatus et mandati dicti constantii et christophori et aliorum consindicorum exhibito per jacobo merlori die octava jam dicti mensis maii fieri rogato per anthonium donadey notarium de dragonerio. Visa assegnatione per nos facta partibus ad audiendam ordinationem nostram Et visis omnibus videndis Yhesu Christi et gloriose virginis marie ejus matris nominibus invocatis Instantibus dictis ambabus partibus ibidem presentibus per nos ordinari et jusdici. Quoniam inspecto tenore supplicationis oblate pro parte communitatis et hominum moscheriarum de et super bannita per ipsos de moscheriis ut proposuerunt fieri solita de pascuis fayis Intra limittes moscheriarum et dicte sententie arbitralis per quam dicti dragonerio ab ipsis supplicationibus fuerunt absoluti nulla deducitur justa causa quare requisita per ipsos dragonerio fieri non debeant Cum nec intersit ipsorum de moscheriis ad hoc se opponere Ideo ex hiis et aliis justis causis nos ad hoc moventibus in ipsis scriptis pro tribunali sedentes pronuntiamus supplicationem predictam fore inserendam in dicta sententia juxta per ipsos de dragonerio requisita ad conservationem et memoriam rei geste neutram partium propter brevitatem cause et alio bono respectu in expensis condemnatis. **Lata** data et in hiis scriptis sententialiter promulgata fuit presens suprascripta sententia et ordinatio per prefatum dominum vicarium sedentem pro tribunali ut supra lectaque de ipsius mandato per me notarium infrascriptum anno indictione

mense et die premissis presentibus ambabus partibus et predicto jacobo merlo premisso nomine comunitatis dragonerii Eamdem sententiam et ordinacionem approbante et rattifficante in punctis et passibus pro se eodem nomine facientes et rogante fieri publicum instrumentum presentibus providis viris anthonio garrelli cive albe petro gastaudi et petro zartoxii de salnciis testibus vocatis et rogatis. In aliis vero passibus contra eum facientibus ipsi sunt non consentanei sed protestant de gravamine et remedio appellandi Presente quoque dicto jacobo arnaudi pro dicto sindicario nomine comunitatis et hominum moscheriarum eidem sententie nullatenus consentire sed ab eadem sentientem se gravatum et timentem fortissime imposterum gravari ab ipsa sententia provocavit et appellavit viva voce cum protestatione appellandi in scriptis ad illustrem et excelsum dominum nostrum dominum Ludovicum marchionem saluciarum etc. Et ad illum et illos ad quem vel quos presens appellatio melius de iure dignoscitur pertinere petens semel bis et ter instanter instantius et instantissime apostolos et litteras dimissorias sibi dari et concedi cum quibus valeant nomine jamdicto appellum ipsum coram prelibato domino nostro Introducere protestans pro se non stare quin illos et illas recipiat et appellationem hujusmodi prosequatur. Et nil novi fieri ipsa appellatione pendente quam quidem appellationem Idem dominus vicarius tamquam frivolam et inhannem non admissit nec admittit nisi si et in quantum de jure sit admittenda. Hanc responsionem appellationi predicte pro apostolis et litteris reffutatoriis faciendo et tradendo Datum salutiis anno et die premissis.

Et me francisco stancha de Valfeneria astensis diecesis salutiis residente qui premissam sententiam et ordinationis instrumentum recepi et scripsi meque subscripsi cum appositione mei soliti signi tabellionalis in fidem veritatis et testimonium omnium premissorum.

*Dalle pergamene originali dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 29.

Digitized by Google

## N° LIX.

### *Il marchese Ludovico II di Saluzzo conferma ed approva gli statuti e capitoli dei Comuni di San Damiano e Pagliero.*

1476, 9 *marzo.*

Ludovicus Marchio Salutiarum etc. Cuntis notum fieri volumus Quod anno domini millesimo quatricentesimo septuagesimo sexto et die nona mensis martii nobis exhibitum per providos viros Johanninum tortelli et Anthonium bonelli ut ambaxiatores communitatis loci nostri sancti damiani nec non Mauricium iabrerii et Marchiotum berxiam Ambaxatores loci nostri paglerii statutum et capitulum eorumdem locorum humiliter supplicantes instanter requirentes per nos illa confirmari quibus inquam capitulis visis et diligenter inspectis ad rellationem vicarii nostri generalis egregii juris utriusque doctoris domini galeaz cavatie Capitula ipsa omnia et singula non canzellata seu reprobata cum suis additionibus et postillis confirmamus et aprobamus ut profertur correpta sunt Mandantes igitur potestati nostro dragonerii et aliis quibuscumque officialibus nostris Consulibusque dictorum locorum presentibus et futuris quatenus dicta capitula hominibus et incolis dictorum locorum sancti damiani et paglierii observent inconcusse et per eos et per quos spectaverit observari faciant protinus illesa ad nostri beneplacitum duratura in quorum robur presentes scribi jussimus et per secretarium nostrum subsignatum Presentibus magnifico milite domino Thoma naturali salutiarum spectabilibus et egregiis ac nobilibus domino galeaz cavatia juris utriusque doctore vicario generali domino petro ex dominis costigliolarum Magistro hospici domino constantio carroli advocato fiscali georgio de ecclesia legum doctoribus Consiliariis et ludovico buscaglia procuratore fiscali prelibati Illustris principis domini nostri Marchionis. Testibus ad hec adhibitis. Datum salutiis anno et die premissis Et andrea bochaceti de vallefeneria publico imperiali auctoritate notario ac prelibati illustris principis nostri secretario qui ipsius jussu dictam confir-

Digitized by Google

mationem et aprobationem ut supra scripsit hicque se subscripsit cum signi sui tabellionatus soliti appositione in robur premissorum deo gratias amen.

*Archivio comunale di S. Damiano. Volume degli Statuti antichi sudd., fol.* 43, *r*°.

N° LX.

*Il marchese Ludovico II di Saluzzo, ricevendo dai sindaci ed ambasciadori del Comune di Dronero il giuramento di fedeltà, conferma le antiche franchigie, libertà e privilegi già concessi da' suoi antecessori e loro ne concede dei nuovi, specialmente riguardo alle cause criminali.*

1478, 19 *settembre.*

**In nomine domini amen Anno** domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo Inditione undecima et die decimanona mensis Septembris In Camera retracti Castri Saluciarum. Presentibus Spectabilibus Egregiis et Nobilibus dno Galeaz cavatia juris utriusque doctore vicario generali dno Petro ex dominis Costigliolarum domino carolo condomino montilii Magistro hospitii domino Constantio caroli domino Georgio de ecclesia domino georgio de bonellis legum doctoribus consiliariis Petro millanexii Johanne marentini et Stephano de Serponte Secretariis Illustris Principis nostri Infrascripti testibus nottis ad Infrascripta adhibitis et vocatis. Cunctis sit notum Quod constituti ante presentiam Illustris ac Incliti Principis nostri et domini domini Ludovici Marchionis Sallutiarum Infrascripti honorabiles viri Martinus petri Cristoforus de columberio Sindici Constantius galiani Ughetus marini Johannes azardi Petrinus dau et Jacobus bruna veluti Ambasiatores nuncii et procuratores Comunitatis et hominum ac Comunantie et forestorum loci dragonerii. Asserentes sese ad hoc habere plenariam potestatem ac speciale mandatum Supplicaverunt humiliter prefato Illustri dno Marchioni Postulantes

Digitized by Google

attente ut dignaretur eisdem hominibus Comunitati et Communantie dragonerii Libertates suas franchisias privilegia et bonas consuetudines confirmari atque novas concedere. Signanter eas de quibus infra. Quorum siquidem supplicationi favore benivolo inclinatus prelibatus Illustris dominus Marchio predecessorum suorum illustrium vestigiis laude dignis semper inherere volendo. Considerans et attendens sincere fidelitatis officium ac indefessa obsequia ad que ipsi de dragonerio et Communantia se se hactenus exhibuerunt indefficienter et ut circha ea ferventius animentur Et visis franchisiis ipsis privilegiis et libertatibus in diversis voluminibus signanter instrumento confirmationis facte per Illustrem dominum nunquam delende memorie Marchionem Ludovicum genitorem ipsius Illustris Principis nostri moderni sub anno domini MCCCCXXIX Inditione septima et die decima quinta aprilis recepto per Antonium martinam et subscripto per Ludovicum de fopa de dragonerio notarios publicos Et alio instrumento recepto et subscripto per Petrum millanexii etiam notarium publicum sub anno domini Millesimo quatercentesimo quinquagesimo Inditione decimatertia et die vigesimaquarta januarii Easdem libertates franchisias concessiones privilegia immunitates et bonas consuetudines ac gratias hactenus observatas concessas et confirmatas per prefatum Illustrem dominum genitorem suum ex sui certa scientia et deliberato proposito ac meliore modo via jure causa et forma quibus melius fieri potest Approbavit Rattificavit et Confirmavit. **Item** concessit de gratia speciali et indulsit ultra premissa predictis sindicis et Ambasiatoribus recipientibus nomine Comunitatis predicti loci dragonerii et Comunantie que sequuntur Jussitque et mandavit observari **Primo** quod a modo in antea officiales Curie predicti loci dragonerii et Comunantie ac districtus videlicet Capitaneus seu potestas Clavarius criminalium et famuli Curie incontinenti finito eorum officio eorumque locumtenentes teneant et stare debeant in Sindicatu et successor potestas debeat sindicare suum predecessorem cum sua familia pariter et Clavarius criminalium junctis sibi duobus hominibus elligendis per Consilium dragonerii qui sic ellecti solum assistere debeant dicto sindicanti in cujus persona ferantur sententie. Et quod infra decem dies post exitum officii porrigantur petitiones seu querelle quecumque sint et illis transactis nemo ulterius audiatur. Et infra mensem inde continuum diffiniantur cause. **Item** secundo concessit quod nulla persona cujusvis existat conditionis de dragonerio et Comunantia ullo umquam tempore possit poni deputari vel elligi Clavarius male-

Digitized by Google

ficiorum vel que inibi habitaverit nec etiam possit aliquo modo participare in dicto officio Clavariatus cum eo qui fuerit ad ipsum exercendum deputatus directe vel indirecte nec de eo se aliquo modo intromittere. Et si reperiatur aliquis habens partem in dicto officio seu ipsius Emolumentis incurrat penam quinquaginta ducatorum applicandorum pro duabus partibus fischo prelibati domini nostri et per alia tertia parte accusatori. Et quilibet de dragonerio bone vocis et fame possit talem personam accusare. Et ad omnem requisitionem Sindicorum teneatur Capitaneus seu potestas defferre juramentum tali persone suspecte. Et quod Clavarius teneatur in principio sui officii jurare quod non participabit de ipso officio vel ejus comoditate cum aliqua persona de dragonerio vel communantia. **Item** tertio indulsit quod nulla persona de loco dragonerii et Communantie seu ibi habitans non possit nec debeat pro aliqua causa criminali vel civili in prima instantia quavis occaxione extrahi de loco dragonerii coram alio iudice sed ibidem debeat ventilari coram Capitaneo seu potestate usque ad primam sententiam. Et si secus fiat non valeat. Et si aliquis impetraverit judicem contra formam presentis Capituli sit in pena librarum decem applicandarum fischo et careat impetratis nisi causa justa esset in capitaneo vel potestate quo casu possit impetrari adjunctus ipsi capitaneo vel potestati de ipso loco dragonerii etiam reservato beneplacito ipsius domini marchionis. **Item** quarto concessit quod omnes processus qui sint formati seu de cetero formabuntur per officiales dragonerii quo cumque modo debeant decretari de consilio vicarii generalis marchionatus saluciarum seu ejus locumtenentis. Et quando fiet dicta decretatio interesse debeant duo ellecti de dragonerio vel Communantia per consilium dragonerii vocandi per Clavarium si adesse voluerint ad videndum fieri ipsas decretationes et qui videant dictos processus et qui habeant informare dictum vicarium de veritate processus et de juribus partium presenti Clavario ne dolo Clavarii in eorum jure partes opprimantur. Et premissis pactis Capitaneus seu potestas ex post in bancho juris ad requisitionem dictorum duorum ellectorum et non aliter debeat dictas decretationes publicare sive sint condemnatorie sive absolutorie et secundum illas condemnare vel absolvere partes Et si premissa forma et ordo non fuerit Servatus et servata.Sint condempnationes et decretationes nulle ipso jure nisi dictis duobus ellectis morose negligentibus assistere decretationi quo casu vicarius seu ejus locumtenens solus procedat. **Item** quinto concessit dictis sindicis quod deinceps in perpetuum in Consilio drago-

Digitized by Google

nerii et Communantie de quatuor in quatuor menses elligantur ad voces duo viri litterati qui dicantur et appellentur justiciarii et qui possint sedere in bancho juris seu quando jus redditur per Ordinarium curie dragonerii ubi sedet Clavarius prefati illustris domini Marchionis et deversus Capitaneum seu potestatem. Et qui possit condenare coram eis in judicio confessos prout solitum erat retroactis temporibus per ipsos justiciarios fieri in causis civilibus tantum. Ita tamen quod si non semper fuerint duo unus tantum sufficiat. **Item** sexto concessit quod deinceps nullo tempore aliquis Capitaneus seu potestas dragonerii Comissarius vel quicumque alius officialis prelibati domini Marchionis pro aliquo maleficio procedere possit contra aliquem de dragonerio vel Communantia seu inibi habitantem nisi intervenerit accusator querellator vel denunciator qui teneatur facere partem et fidejubere de expensis vel nisi adessent legiptima inditia seu publica diffamatio. de quibus inditiis et diffamatione constare debeat intitulato antequam respondeat. Et si aliter fiat processus sit nullus nec respondere teneatur intitulatus nec ob eam causam possit quovis modo detineri seu mulctari nec in carcere mitti nisi servata forma suprascripta cum reservatione tantum quod non detur copia inditiorum intitulato ante responsionem Et exceptis infrascriptis maleficiis heresis lese majestatis incendii homicidii furti venefici et falsitatis. **Item** septimo concessit quod Clavarii criminalium curie dragonerii ac ceteri exactores prefati illustris domini teneantur exegisse et recepisse omnes redditus suos bamna et quecumque emolumenta pertinentia eidem domino Marchioni seu ipsi Clavario infra duos annós finito ejus officio clavarie dictusque clavarius non possit dictum officium clavariatus exercere nisi per unum annum continuum dumtaxat per se vel alium substitutum aut collegam et elapso dicto termino non possit esse nec admitti in eodem officio per annos tres sequentes juxta formam presentis franchisie. **Item** octavo concessit voluit et mandavit eisdem hominibus dragonerii et Communantie nundinas in ipso loco dragonerii fiendas et tenendas juxta ordinanda per consiliarios ipsius loci dragonerii et Communantie quibus durantibus per tres dies ante et per tres dies post sint libere et franche Ita quod nullus pro quavis occasione civili seu ibidem arrestari possit seu detineri. **Item** nono remisit eisdem hominibus et de gratia speciali indulsit quod pro delictis seu criminibus per quavis personas ejusdem loci et Communantie perpetratis et commissis usque ad ingressum domini Excellentie sue de quibus nondum fuerunt aliqui intitulati et examinati procedi non possit

Digitized by Google

per officiales dragonerii vel alios comissarios sed sint ipse persone ejusdem loci et communantie ab ipsis quibuscumque delictis et forefactis absolute et pro absolutis. Exceptis tamen criminibus heresis lese maiestatis sacrilegii homicidii furti incendii falsitatis fabricationis false monete et venefici In quibus procedi possit ut supra. **Concedit** quoque dat et indulget antelatus illustris dominus Marchio atque observare promisit et promittit per se et suos imposterum ipsius interveniente juramento tactis scripturis sacrosanctis erga predictos Sindicos et Ambaxiatores stipulantes et recipientes nomine et ad opus Comunitatis et hominum predicti loci dragonerii et Comunantie **Mandans** propterea universis et singulis officialibus suis quibus spectaverit presentibus et futuris quatenus predictas libertates franchisias privilegia immunitates concessiones et bonas consuetudines eisdem hominibus dragonerii et Communantie ut profertur concessas et confirmatas observent inconcusse et observari faciant per quoscumque prothinus illesas. sub pena arbitraria secus inferenda. **Post** hec autem ipsi Martinus et Christophorus sindici predicti asserentes se ad hoc habere mandatum ut supra prelibato illustri domino Marchioni acceptanti pro se et successoribus suis prestiterunt fidelitatem eorum propriis nominibus ac nomine et vice omnium et singularum personarum dicti loci dragonerii et Communantie Et genibus flexis tactisque scripturis sacrosanctis in manibus et ad delationem prefati Illustris domini Marchionis juraverunt Promittentes solempniter quod erunt et omnes de populo predicto imposterum boni et fideles subditi sue dominationis ejusque successorum et reliqua omnia facient et adimplebunt que in nova et veteri fidelitatis forma Ea per prius sibi declarata sufficienter. De quibus inde omnibus ipse illustris dominus Marchio jussit et dicti sindici et ambaxiatores rogarunt fieri publicum instrumentum per me notarium et Secretarium subsignatum et plura ad opus quorum interest et intererit in futurum.

Et me Andrea Bocaceti de Valfenaria astensis diocesis publico imperiali auctoritate notario ac ipsius Illustris principis nostri secretario qui de premissis rogatus presens instrumentum recepi plerisque aliis negotiis domenicalibus perpeditus alterius manu scribi feci et hic me subscripsi cum signi mei tabellionatus soliti appositione in robur premissorum.

*Dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 30.

Digitized by Google

## N° LXI.

## *Il marchese Ludovico II di Saluzzo approva e conferma gli statuti di Dronero.*

1478, 19 *settembre.*

In Nomine domini amen. Nos Ludovicus Marchio salutiarum etc. conctis notum fieri volumus Quod anno domini Millesimo quatercentesimo septuagesimo octavo inditione undecima et die decima nona septembris cum nobis exhibita fuissent et presentata per comendabiles viros Martinum petri Cristophorum de Columberio Sindicos Constantium galeani hughetum Marini Johannem Ayzardi Petrinum dau et Jacobum brunam ambaxiatores loci nostri Dragonerii nomine et vice dicte comunitatis ac comunantie ad hoc habentes speciale mandatum ut asseruerunt ex reformatione consilii statuta seu capitula ejusdem loci in premisso volumine contenta et descripta ad ea videndum confirmandum et approbandum que confirmatione digna et approbatione nobis viderentur ut est rationabile Visis siquidem capitulis ipsis correctis et emendatis et aliquibus in totum reprobatis per relationem spectabilium doctorum nostri consilii domin· galeaz cavatie Vicarii generalis domini Constancii caroli domini georgii de ecclesia et domini georgii de Bonellis Capitula ipsa que non apparent reprobata cum emendationibus correctionibus additionibus supplicationibus et canzellaturis ut profertur approbamus et confirmamus mandantes Capitaneo seu potestati nostro dragonerii qui nunc est et pro tempore fuerit quatenus capitula predicta et statuta prout confirmata sunt observet et observari faciat per qu scumque inviolabiliter quibus spectaverit Insuper Jubentes ne capitula ipsa refricentur in dubium de cetero ut sepe contingit quod ea non approbata seu cassata cum additionibus eorum emendationibus et canzellaturis in mondum scribantur et scribi faciant homines predicti et in loco honesto teneri presenti volumine apud sindicos et consilium dicti loci mansuro Pro custodia et originali presentemque confirmationem durare volentes ac decernentes per viginti annos et ultra usque quo eam duxerimus expresse revocandam Jubentes inde id scribi

Digitized by Google

per secretarium nostrum subsignatum in fine ejuscemodi voluminis nobis exibiti correcti et emendati presentibus spectabilibus et egregiis dno galeaz cavatie Juris utriusque doctore Vicario generali Carolo ex dominis montilii Magistro hospitii dno Constantio Caroli dno georgio de ecclesia dno georgio de bonellis legum doctoribus Consiliariis petro millanexii johanne marentini et stephano de Serponte Secretariis prefati illustris dni marchionis testibus notis ad premissa adhibitis et vocatis.

Et me andrea Bocaceti de Valfenaria Astensis diecesis imperiali auctoritate notario ipsius illustris domini marchionis Secretario qui de premissis jussus hujusmodi confirmationem scripsi cum signi mei tabellionatus soliti appositione in fidem premissorum.

*Archivio civico di Dronero. — Volume originale Statuti antichi, fol.* CXXXVIIII *r°*.

## N° LXII.

*Ludovico II marchese di Saluzzo, mediante lo sborso di cento ducati d'oro, concede agli uomini di Dronero e della valle di Maira che le cause pei reati più leggieri vengano decise in prima istanza dai loro giudici ordinarii.*

1479. 12 *maggio*.

**Ludovicus** Marchio Salutiarum: baronie antonis dominus etc. Universis et singulis: ad quos presentes pervenerint: salutem et rei geste notitiam Cum nobis expositum fuerit: pro parte comunitatum: dragonerii: sancti damiani: paglerii: et locorum omnium valis nostre mayrane fidelium nostrorum non sine querella. Quod temporibus aliquibus retroactis: tan clavarii nostri: quam alii pro commissariis a nobis deputatis in locis predictis. In causis criminum et excessuum: tan generaliter quam specialiter: in ipsarum commissionum exercitio: plurimum excesserunt: indebite gravando subdictos nostros. Ex quo jam pridem ad ipsorum exponentium supplicationem ab hujusmodi

Digitized by Google

commissionibus remoti fuerunt ipsi clavarii nostri prout literis nostris inde confectis dicitur constare. Attamen non desinunt aduch inferri plerumque gravamina eisdem subdictis nostris per ipsos clavarios et alios commissarios nostros Super quo humiliter supplicarunt opportune per nos provideri taliter quod de cetero Commissari aliqui non deputentur in causis criminum maxime levium pro prima instantia: sed per ordinarios solito more cognoscantur et decidantur ipse cause primarie instantie: nec alias ultra dispendium nostrum in mittendo delegatos ipsos honori prefatorum ordinariorum derrogetur: et ipsis supplicantibus gravamina indebita inferantur. Itaque supplicationi predicte clementer annuentes ipsorumque subdictorum nostrorum dispendiis obviare cupientes: hac franchixia et concessione nostra et harum serie consultaque nostri consilii deliberatione super his habita. Prohibemus et tenore presentium decernimus. Ne de cetero aliquis commissarius nostri parte seu alicujus locumtenentis nostri deputetur in causa aliqua criminali quam oriri suscitari vel moveri continget in postero in locis suprascriptis dragonerii et vallis quibuscumque: contra aliquos de locis predictis seu ibidem habitantes. Videlicet in et pro prima instantia. Quinimo cause ipse criminum et excessuum predicte per ordinarios locorum predictorum cognoscantur et decidantur more solito cum consilio Vicarii nostri generalis. hanc tamen prohibitionem nostram restringentes et servari volentes in levibus et frequentioribus criminibus in quibus non debeat ingeri pena corporalis sed tantum pecuniaria. Itaquod in atrocibus et gravioribus sicut lese majestatis homicidii falsitatis incestus furti seu rapine ac vis armate in quibus merito pena corporalis ingeri debeat. Vel etiam si continget ordinarios ipsos propter conjunctionem sanguinis affinitatem proximam vel familiaritatem cum delinquentibus fore suspectos. libere possint per nos deputari Commissarii ut cause sine suspitione procedant et ne maleficia remaneant impunita. Mandantes universis et singulis vicariis et officiariis nostris presentibus et futuris quatenus hanc franchixiam et hujusmodi concessionem nostram inconcusse observent et observari faciant Ulteriusque decernentes harum tenore quecumque contra hujusmodi franchixiam et concessionem nostram gesta et attemptata ac gerenda et attemptanda nullitati subjacere que et anullamus et nulla esse declaramus. Quam quidem concessionem et franchixiam decrevimus et concessimus: dictis hominibus dragonerii et valis mayrane ac habitantibus in locis valis ejusdem pro et mediantibus centum

Digitized by Google

ducatis auri nobis in festo sancti martini proxime venturi solvendis semel tantum. In quorum testimonium et fidem presentes fieri jussimus nostrique sigilli munimine roborari manu quidem nostra signatas et per secretarium nostrum subscriptas. Datas Saluciis in aula magna castri ipsius anno domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo nono inditione duodecima et die duodecima mensis madii

Presentibus dominis etc — LUDOVICUS
Thoma naturali de saluciis milite
Galeatio Cavatie vicario generali
Petro ex dominis costigliolarum
Charrolo ex dominis montilii
Magistris hospitii
Constantio Karroli
Georgio de bonellis
legum doctoribus
Petro Millanexii secretario et
Ludovico buscaglie texaurario — JO. BUSCAGLIA . S.

*Da pergamena sincrona dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 31.

## N° LXIII.

### *Il marchese Ludovico II di Saluzzo vende alla Comunità di Dronero trecento giornate di terra dette la Prata Giovine nel territorio della medesima al prezzo di fiorini quaranta per giornata.*

1479, 9 *dicembre.*

In nomine domini Amen. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono Indictione duodecima. et die nona mensis decembris. In Camera retracti retro Cameram voltarum seu paramenti Castri salutiarum presentibus Magnifico milite domino thoma naturali saluciarum Spectabilibus et egregiis domino galeaz Cavatie juris utriusque doctore Vicario generali domino Carolo ex dominis montilii magistro hospicii domino constantio Caroli domino georgio de ecclesia legum doctoribus

consiliariis. Laurenzono de pagno procuratore fischali et stephanino de serponte secretario infrascripti illustris domini Marchionis Testibus notis ad infrascripta adhibitis et vocatis. Ibique Illustris ac inclitus princeps dominus noster dominus Ludovicus marchio Salutiarum et Baronie Anthonis dominus etc ex sui certa scientia et prehabita deliberatione matura eisque modo via jure causa et forma quibus melius fieri potest per se et heredes suos ac successores quoscumque dedit vendidit et tradidit Nobilibus et comendabilibus viris dionixio de Landesio Stephano Caroli Constantio garini Constantio galiani glaudio poloti anthonio donadei et petrino dau ambaxiatoribus et procuratoribus communitatis et hominum loci dragonerii ac comunantie ad hoc specialiter deputatis et constitutis ut asseruerunt constare ex reformatione consilii ejusdem loci scripta per Christophorum de columberio notarium publicum sub anno et indictione presentibus et die prima hujus mensis decembris presentibus stipulantibus et recipientibus nomine et vice dictorum communitatis et hominum loci dragonerii et quorum interest ac poterit interesse quomolibet in posterum petiam unam prativam vocatam prata nova seu juvenis prefati illustris domini Marchionis jornatarum tricentum vel circha situm in finibus dragonerii ultra macram coheret via a duabus partibus taleata a parte inferiori et superius anthonius bonardi jacobus bruna et petrus guisulphi alias de bruno Aliis coherentiis verioribus firmis manentibus. Et pro pretio et nomine pretii quadraginta florenorum monete nunc currentis in marchionatu salutiarum pro singula jornata valente ducato grossos triginta duos et floreno grossos duodecim pape seu sabaudie quod asseritur ascendere in summa ad duodecim milia florenos. Quod quidem pretium Ipse Illustris dominus et marchio confessus fuit habuisse et realiter recepisse Exceptioni non habiti et non recepti dicti pretii. Speique future habitionis et receptionis renuntians Ad habendum tenendum et possidendum et quidquid eisdem emptoribus dicto nomine ac habituris causam ab illis placuerit in posterum et perpetuo faciendum tamquam de re sua propria Cum omnibus et singulis accessibus suis ingressibus egressibus aquagio debito necessario et oportuno. Ripagiisque juribus servitutibus et aliis pertinentiis quibuscumque dicte rei vendite seu pro ea antelato illustri domino nostro spectantibus quomocumque et qualitercumque pertinentibus que habet infra se supra se vel infra se. Quam possessionem sic ut supra venditam Ipse Illustris dominus ac marchio vendens se ex nunc tenere constituit et possidere nomine et vice predicto-

rum ementium ac premisso nomine stipulantium quousque illius possessionem acceperint corporalem vacuam et expeditam. Quam accipiendi et in sese aprehensamque retinendi ac de ipsa eorum arbitrio disponendi et prout maluerint facultatem contulit eisdem omnimodam atque dedit absque alicujus persone seu magistratus licentia. promittens eisdem emptoribus per stipulationem solempnem predictam rem venditam tam in proprietate quam in possessione manutenere ac nullam inferre sibi littem seu questionem per se aut suos successores quoscumque imposterum nec inferenti consentire directe vel indirecte Sed eam deffendere cum juribus et pertinentiis suis predictis auctorizare et disbrigare ab omni persona comuni collegio et universitate tam de jure quam de facto Et si propterea lix aliqua aut questio dictis emptoribus ut supra inferri contingeret per quascumque questiones ipsam causam et littem in se suscipere ad eorum primam requisitionem factam qualitercumque et in ea sistere ac illam prosequi suis propriis sumptibus et tam in principali quam appellationis causa una vel pluribus atque satisfacere dictis emptoribus et seu habituris causam ab eis ut supra omnia et quecumque dampna expensas et interesse premissorum pretextu fiendas patienda et sustinenda tam in judicio quam extra. De quibus ex nunc et pacto expresso solempni stipulatione valato stare convenit verbo simplici dictorum emptorum ut supra stipulantium. Subque suorum omnium obligatione bonorum presentium et futurorum mobiliumque et immobilium remissa etiam illis necessitate denuntiandi et appellandi et quod dici non possit sibi facta injuria vel injustitia. Promisit quoque in verbo principis predicta omnia et singula attendere et observare inviolabiliter sub obligatione et refectione jam dictis stipulante et me notario infrascripto uti publica persona ac recipiente omnia et singula predicta nomine et ad opus quorum interest et intererit in posterum. Et insuper renuntiavit ipse illustris dominus marchio exceptioni doli mali vix metus actioni in factum condictioni indebiti sine causa vel ex injusta causa reique non sic vel aliter geste et cuicumque alii exceptioni tam juris quam facti Quibus contra predicta vel predictorum aliquod ire posset et se thueri Et ad maioris roboris omnium premissorum firmitatem ipse illustris dominus marchio sua sponte tactis corporaliter scripturis sacrosanctis in manibus et ad delationem mei infrascripti notarii juravit predicta omnia attendere et observare inviolabiliter nec contravenire aliqualiter. De quibus inde voluit et dicti ii emptores quo supra nomine rogarunt fieri publicum instrumentum per

Digitized by Google

me notarium infrascriptum et plura ad opus quorum interest et intererit imposterum Et sapientis dictamine si et quandocumque foret opus pro ampliori validitate ejuscemodi contractus facti tamen substantia in aliquo non mutata.

Et me Andrea Bocaceti de valfenaria astensis diecesis publico imperiali auctoritate notario ipsiusque incliti principis nostri secretario Qui de premissis rogatus presens instrumentum recepi et aliis arduis propeditus negotiis dominicalibus ex generali licentia mihi concessa super inde alterius manu ut prefertur scribi feci et hic me subscripsi cum signi mei tabellionatus soliti appositione. In robur premissorum.

*Dalla pergamena originale nell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 32.

## N° LXIV.

### *Sentenza del vicario generale del marchesato di Saluzzo Galeazzo Cavazza che pronunzia la nomina del luogotenente del podestà di Dronero e della valle di Maira spettare, a tenore delle franchigie e degli statuti, al Consiglio del Comune di Dronero.*

1482, 26 *gennaio.*

In Nomine domini amen. Nos Galeaz Cavatia juris utriusque doctor Vicarius generalis illustris ac incliti principis domini nostri domini Ludovici marchionis Salutiarum etc. Comissariusque in hac parte speciali deputatus Cunctis notum fieri volumus. Quod anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo inditione decimaquinta et die vigesima sexta mensis januarii vigore assignationis superinde facte Salutiis coram nobis judicialiter comparuerunt videlicet in studio domus nostre solite habitationis ad jura redendum more majorum pro tribunali sedentes Nobilis Laurenzonus de pagno procurator fiscalis pro jure et interesse fiscalibus insistens suis ultimo loco cedulatis et requisitis a quibus recedere non intendit ex una Et Causidicus expertus Jacobus gambaudi procurator et nomine

Digitized by Google

procuratorio et sindicario Comunitatis et hominum dragonerii producens et reproducens alias parte dicte Comunitatis producta. Cum actis hujusmodi cause ad suum comodum tantum eodem nomine et non ultra requirens instanter et in sui dicto nomine favorem jus dici et causam definiri et partem adversam in expensis condempnari de quibus et fiendis ac per se non stare quin jusdicatur fuit solempniter protestatus ex altera partibus. Quibus partibus auditis Nos vicarius et comissarius memoratus Visis literis delegationis nostre cum supplicatione comunitatis et hominum dragonerii sub data die vigesima mensis decembris preteriti. Visa franchixia concessa per illustres dominos dominos alias marchiones salutiarum et confirmata per illustrem modernum dominum nostrum quoad capitulum pertinens ad hanc causam in actis insertum. Viso statuto loci dragonerii per prefatum illustrem dominum nostrum confirmato quo disponitur locumtenentem domini potestatis deputari ac eligi et substitui debere per consilium dragonerii Et sic electum ab ipso consilio substitui debere et non aliter. Visis oppositionibus pro parte Egregii procuratoris fiscalis et omnibus in causa per partes propositis deductis et allatis ac necessario videndis Instante parte comunitatis jusdici juxta per nos assignata Jesu christi nomine invocato Quum ex actis ejusdem constat maxime ex tenore statuti predicti locumtenentem et substitutum domini potestatis eligi debere per consilium dragoneri et aliter seu alias non posse constitui locumtenentem Ideo ex hiis et aliis nos iuxte monentibus in his scriptis pro tribunali sedentes pronunciamus constitutionem seu electionem de alio et aliter factam contra formam statuti fore nullam et consequenter secundum formam ipsius statuti fore eligendum locumtenentem per consilium predictum dragonerii. Neutram partium attentis terminis et natura cause in expensis condempnantes. Lata data et sententialiter promulgata fuit presens suprascripta sententia per prefatum dominum vicarium et comissarium ac de ipsius mandato lecta per me notarium infrascriptum anno inditione die et loco suprascriptis presentibus ipsis ambabus partibus videlicet dicto nobili Laurenzono de pagno parte fiscali pro jure et interesse fiscalibus dicte sententie minime consentiente sed ab eadem viva voce appellante ad illustrem et excelsum principem dominum nostrum dominum ludovicum marchionem salutiarum. Et ad illum vel illos ad quem vel quos presens appellatio melius de jure dignoscatur pertinere cum protestatione latius in scriptis appellandi ac protestatione nullitatis semper salva. E-



Digitized by Google

dicto jacobo Gambaudi nomine procuratorio comunitatis dragonerii dictum sententiam acceptante in passibus et punctis pro eo dicto nomine facientibus aliter non Et eathenus de ipsa sententia sibi publicum instrumentum fieri rogante. Presentibus egregio Anthonio julliani incola salutiarum et johanne bellini de sancto petro testibus adhibitis et vocatis. Quam quidem appellationem nos vicarius et comissarius prefatus admissimus si de jure sit et veniat admittenda alias non nec ultra hanc responsionem loco apostolorum et literarum dimissoriorum predicte parti appellanti concedentes.

Et ego petrinus bocaceti de valfenaria astensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius et hujusmodi cause scriba qui de premissis rogatus presens instrumentum sententie suprascriptum sumpsi et scripsi manu propria meque subscripsi cum signi mei tabelionatus soliti appositione in fidem et robur omnium premissorum.

*Dall'originale in pergamena nell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 33.

## N° LXV.

*Gio. Giacomo di Saluzzo, a nome del marchese Ludovico di Saluzzo, approva sedici nuovi capitoli aggiunti agli statuti del Comune di Dronero.*

1484, 24 *dicembre.*

**In nomine** domini amen. **Cunctis** tam modernis quam posteris sit notum quod anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto indictione secunda et die vigesimaquarta mensis decembris Exhibitis illustri domino Johanni Jacobo de salutiis locumtenenti generali illustris ac excelsi principis nostri domini Ludovici Marchionis salutiarum etc Capitulis suprascriptis que sunt sexdecim numero per honorabiles viros Stephanum Carroli et Johannem Aynaudi nuntios et ambaxsatores Comunitatis et hominum et comunantie loci dra-

Digitized by Google

gonerii ad hoc specialiter trasmissos ut asseruerunt constare ex reformatione consilii ejusdem loci. ipsisque capitulis receptis et vissis etiam examinatis diligenter per suam dominationem et ad relationem infrascriptorum spectabilium doctorum duorum vicariorum et consiliariorum marchionalium Capitula ipsa omnia et singula ut superius scripta sunt et in modum redacta sine ulla postilla ad supplicationem dictorum ambaxsiatorum Emologavit confirmavit et approbavit ipse illustris dominus locumtenens prehabita super inde deliberatione matura ac conscultatione eisque modo via jure causa et forma quibus melius fieri potest. et hoc de gratia speciali gratiose et in vim privilegi concessit Comunitati hominibus et comunantie predictis. Que ex nunc prout ex tunc et ab inde in antea valere decrevit et observari mandavit inviolabiliter per quoscumque quibus spectat et spectare poterit quomodocumque imposterum sit et prorsus fieri decernens pariter et jubens Et ambaxiatores predicti rogantes de premissis fieri publicum instrumentum per me notarium et secretarium subsignatum ad eternam rei memoriam. Acta fuerunt hec in camera retracti seu consilii castri Salutiarum presentibus spectabilibus domino Petro Condomino Celle juris utriusque doctore vicario generali domino Constantio Caroli domino georgio de ecclesia legum doctoribus etiam vicariis domino francisco cavatie juris utriusque domino Bartolomeo de ecclesia legum doctoribus et consiliariis nec non nobilibus laurenzono de pagno ludovico buscaglia procuratoribus fiscalibus stephanino de serponte et francisco stanche secretariis marchionalibus testibus notis ad premissa adhibitis et vocatis.

Et me andrea Bocaceti de Valfenaria astensis diocesis publico imperiali auctoritate notario prefatique illustris principis nostri secretario qui de premissis rogatus presens instrumentum recepi scripsi et hic me subscripsi cum signi mei tabellionatus soliti appositione in robur premissorum.

*Dal volume originale degli* Statuti antichi, *fol.* CXLIIII *r°, e, per le parti mancanti, dalla copia antica dei medesimi, esistenti, quello e questa, nell'Archivio civico di Dronero.*

Digitized by Google

## N° LXVI.

***Il marchese Ludovico II conferma agli uomini e Comunità di Dronero il privilegio loro concesso da Federico di Saluzzo suo antenato, riguardante la nomina del podestà e degli altri officiali.***

1485, 15 *ottobre.*

**Confirmatio statuti dragonerii super ellectionem potestatis**

**In nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto inditione tercia die decimaquinta mensis octobris. Actum Carmagnolie in castro videlicet in scriptorio sive studio infrascripti domini marchionis presentibus spectabili juris utriusque doctore domino petro ambrosio de podio ex dominis sanfredi advocato Nobilibus iohanne buscaglia potestate ejusdem loci carmagnolie et iohanne chevalerii (1) secretariis marchionalibus nec non comendabili viro Accegleto martina notario de janosiis testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Cunctis sit notum. Quod ibidem in conspectu et presentia Illustris Principis et inclìti domini nostri domini Ludovici marchionis saluciarum Constituti probi viri Johannes aynaudi et anthonius de foppa alias polloti de dragonerio Ambassiatores sindici et legati Comunitatis et hominum dicti loci ac comunantie humiliter supplicarunt prefato Illustri domino marchioni quatenus sua Excellentia dignaretur confirmare et de novo concedere franchisiam retroactis temporibus per illustrem condam bone memorie dominum fredericum marchionem saluciarum ut constat instrumento recepto per filippum de paucapalea sub anno millesimo tricentesimo vigesimonono indictione duodecima die vigesimaoctava mensis januarii**

(1) In altro protocollo a fol. 23 è nominato un Costanzo di Camino *alias* Chivalerij.

ejusdem domini marchionis moderni et sue excellentie antecessorem Et per eamdem et excellentiam dictis Comunitati hominibus et comunantie in hec verba concessa et confirmata. Item quod ipsi possint elligere tres homines de terra ipsius domini frederici pro potestate vel vicario vel rectore in dragonerio et comunantia dicti loci Et unum ex tribus quem ipsi ellegerint vel nominaverint in potestatem vicarium vel rectorem dictus dominus fredericus teneatur et debeat dare et concedere eisdem in potestatem vel vicarium vel rectorem Et si aliter fuerit ordinatum quod ille potestas vel vicarius seu rector non possit exercere officium in dragonerio et comunantia ipsorum et si excercuerit non valeat quod concessum est per predictum dominum fredericum. Item quod omnes officiales qui pro tempore erunt in futurum vel constituentur per ipsum dominum fredericum vel per homines dragonerii elligentur sive sint potestates vicarii vel rectores notarii clavarii vel aliud quodcumque officium exerceant ibidem pro ipso domino frederico vel ejus heredibus sint annales et officium aliquod ultra annum unum non possint ibidem exercere Et si exercuerit non valeat aliquid quod per eos fuerit factum. Sed ipse dominus fredericus alios novos teneatur et debeat ponere ad ellectionem predictorum de dragonerio in quibus habeant jus elligendi finito officio uniuscujusque officialis sui. Et qui uno anno exercuerit officium in dicto loco dragonerii non possit de tribus annis subsequenter constitui vel ordinari. Et si ibidem constitutus fuerit vel ordinatus ipso jure non valeat quicquid per ipsum vel ipsos fuerit factum. Quod concessum est per predictum dominum fredericum. Qua requisitione audita et visis verbis dicte franchisie Prefatus illustris dominus ludovicus marchio volens ipsi annuere supplicationi Predictam franchisiam in dicta verba concessa per se et successores suos ex ipsius certa scientia ac etiam motu proprio et prout melius potuit et potest approbavit et confirmavit Ac de novo eisdem comunitati hominibus et comunantie ministerio suprascriptorum ambassiatorum et mei notarii infrascripti stipulanti et recipienti ad opus quorum interest vel poterit interesse indulsit et concessit. Promissitque et juravit ad sancta dei evangelia ac in verbo principis mihi notario stipulanti ut supra per se et suos successores et heredes quoscumque prefatam franchisiam et omnia et singula suprascripta attendere et observare Et numquam contrafacere vel contrafacienti consentire Sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum et cum renunciationibus opportunis. De quibus omnibus

Digitized by Google

jussum fuit per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Et ego franciscus stangha notarius et secretarius prelibati domini nostri scripsi.

*R. Archivi generali di Stato in Torino Protocolli del segretario Francesco Stanga, tom. I. fol. 7.*

## Nº LXVII.

### *La Comunità e gli uomini di Dronero prestano fedeltà ed obbedienza al duca Carlo I di Savoia.*

1488, 20 *maggio.*

In nomine domini amen hujus publici instrumenti tenore cunctis fiat manifestum Quod anno a nativitate ejusdem domini sumpto currente Millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo inditione s xta Cum eodem anno sumpta Et die vigesima mensis may In dominorum testium misque francisci Richardi notarii publici et ducalis secretarii subnominatorum presencia Constituti et personaliter existentes in presencia et conspectu Illustrissimi domini nostri ducis sabaudie chablasii et Auguste Sacri Romani Imperii principis Vicariique perpetui marchionis in Ytallia principis pedemontium comitis de Villariis baronis Vuaudi et Gay Nycieque Vercellarum ac Friburgi etc. domini videlicet dragonus maraboti. Et petrus girardi sindici nobilis stephanus caroli Johannes achardi petrus lombardi anthonius petri, dominicus paulocti Johannes symondi cathalinus murri perrinus Galliani petrus de modetia bartholomeus maraboti constancius bernardi Symon guillielmi Constancius vallate Franciscus Rache franciscus de Castilliono Carolus caroli petrinus pomerii et dominus petrus curlaverai (*sic*) omnes de dragonerio tam consiliarii quam alii etiam tam nominibus suis propriis quam totius communitatis hominum et singularum personarum ejusdem loci de eorum potestate et ex procuratorio fidem facientes quodam publico instrumento per symonem nicolay notarium publicum sub die decimanona hujus may recepto et signato qui quidem sindici consiliarii et procuratores ac singulares persone suis et nomi-

Digitized by Google

nibus premissis volentes debitum suum erga memoratum Illustrissimum dominum nostrum ducem reddere scientes et spontanei non decepti non cohacti nec aliquo modo circumventi sed gratis et ex eorum et cujuslibet ipsorum certa scientia et spontanea voluntate pro se suisque heredibus et successoribus quibuscumque nominibus premissis promiserunt solempniter et corporaliter juraverunt ac presentis publici instrumenti tenore promittunt et jurant tactis sanctis dei evangeliis subque suorum omnium et singulorum expressa obligatione et ypotheca bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum quorumcumque prelibato Illustrissimo domino nostro Duci presenti mihique dicto notario et ducali secretario ad opus sui et suorum ac ceterorum quorum interest intererit et in futurum poterit quomodolibet interesse more publice persone stipulantis et recipientis Sese et suos perpetuo fore et esse velleque et debere esse probos legales et fideles subdictos ipsius Illustris^mi^ domini nostri ducis et suorum predictorum Ipsiusque honorem statum comodum ac utilia quecumque ubique totis viribus procurare sinistra vero et inutilia suo posse vitare Et ea que primum ad sui devenerint notitiam Eidem illustri^mo^ domino nostro duci et suis revellare et nota facere sanum quoque consilium et fidele quociens requisitum fuerit eidem Illustri domino nostro duci impendere sibique servire fideliter Et guerram pro eo facere pro et contra ceteros dominos et personas mondi Et generaliter omnia et singula alia erga prelibatum illustrissimum dominum nostrum ducem et suos legaliter facere et prestare adimplere que boni fideles et subdicti domino suo naturali facere et prestare tenentur et debent. Et que in cappitulis nove et veteris fidelitatis forme latius describuntur. Nec non omnia et singula alia supra et infrascripta rata grata firma et vallida habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere dicere opponere vel venire quovis modo. Omnibus insuper juribus canonicis civilibus et municipàlibus exceptionibusque cauthelis patrie et locorum consuetudinibus ac aliis quibuscumque quibus contra premissa seu ipsorum aliqua facere dicere vel venire possent aut in aliquo se tuheri Et maxime juridicenti generalem renuntiationem non valere nisi speciali precedenti sub vi suorum ut supra prestitorum juramentorum penitus renuntiantes De quibus premissis prelibatus Illustrissimus dominus noster dux precepit dicti vero sindici consiliarii et credendarii nominibus premissis requiserunt per me dictum notarium et ducalem secretarium fieri duo et plura ejusdem tenoris et substantie instrumenta

Digitized by Google

dictamine sapientis si opus sit corrigenda facti substantia in aliquo non mutata Acta fuerunt premissa in castris ducalibus ante Dragonerium presentibus ibidem Magnificis reverendoque ac spectabilibus et nobilibus viris dominis anthonio de aplano oratore et ambassiatore mediolanensi Anthonio championi episcopo montis regalis cancellario Antermo barone Myollani mareschallo sabaudie amedeo barone virieci ludovico de myollano domino *servet* ludovico talliaudi armorum cappitaneo anthonio de foresta domino Reani milite gubernatore nycie anthonio de submonte cappitaneo archeriorum garde ducalis anthonio de montheolo juris utriusque doctore et magnifici consilii thaurini residentis primo collaterali ducalibus consiliariis ac pluribus aliis testibus ad hec astantibus vocatisque et rogatis.

## Nº LXVIII.

*I sindaci e consiglieri della Comunità di Dronero prestano nuovamente giuramento di fedeltà a Carlo I duca di Savoia tanto a nome di essa che delle borgate di Moschieres, Tetti e S. Giuliano.*

1488, 22 *maggio.*

Instrumentum fidelitatis Sindicorum hominum et Comunitatis Dragonerii

In nomine Domini amen huius publici instrumenti tenore cunctis fiat manifestum Quod anno a nativitate eiusdem domini sumpto currente millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo indicione sexta cum eodem anno sumpta et die vicesima secunda mensis may in dominorum testium misque francisci Richardi notarii publici et Ducalis Sabaudie Secretarii subnominatorum presencia propter infrascripta peragenda personaliter constituti et existentes in presencia et conspectu illustri domini nostri domini Caroli Ducis Sabaudie Chablaisy et Auguste Sacri Romani imperii Principis Vicariique perpetui Marchionis in Ytalia Principis Pedemontium Comitis de Villariis Baronis Vuaudi et Gay Nycieque Vercellarum ac Friburgi etc. domini videlicet

Digitized by Google

Petrus Girardi Dragonus maraboti Sindici magister Petrus Lombardi johannes Aycardi Glaudius Paulocti johannes Aynaudi Constancius Bernardi Dominicus Paulocti Anthonius Petri franciscus de Castellono johannes de Fopa jullianus Tornughi (*sic*) johannes Riverii et juveninus Servia Consiliarii Dragonerii tam suo proprio quam nomine Communitatum Dragonerii Moscieres tectis et Sancti julliani Quiquidem Sindici et Consilliarii nominibus premissis volentes debitum suum erga prelibatum illustrissimum dominum nostrum Ducem eiusque excellentiam reddere scientes et spontanei non decepti nec cohacti nec aliquo modo circumventi sed gratis et ex eorum et cuiuslibet ipsorum certa scientia et spontanea voluntate pro se suisque heredibus et successoribus quibuscumque predictis promiserunt et corporaliter juraverunt ac presentis publici instrumenti tenore promictunt et jurant tactis Sanctis Dei evangeliis, subque suorum omnium et singulorum expressa obligatione et ypotheca bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum quorumcumque prelibato illustrissimo domino nostro domino Carolo Sabaudie, etc: Duci ibidem presenti michique dicto notario et Ducali Secretario more publice persone ad opus sui et suorum heredum ac ceterorum quorum interest intererit et in futurum poterit quomodolibet interesse. Stipulantes et recipientes se se et suos perpetuo fore et esse velleque et debere esse probos legales et fideles subdictos ipsius illustrissimi domini nostri Ducis et suorum predictorum ipsiusque honorem statum comodum ac utilia quecumque ubique totis viribus procurare sinistra vero et inutilia suo posse vitare. Et quamprimum ad sui devenerit noticiam eidem illustrissimo domino nostro Duci et suis revellare et nota facere sanum quoque consilium et fidele quociens requisitum fuerit eidem illustrissimo domino nostro Duci impendere sibique servire fideliter et guerram pro eo facere pro et contra ceteros dominos et personas mondi. Et generaliter omnia alia et singula erga prelibatum illustrissimum dominum nostrum Ducem, et suos legaliter facere et adimplere que boni fideles et subdicti domino suo naturali facere et prestare tenentur et debent. Et que in capitulis nove et veteris fidelitatis forme latius sunt expressa nec non omnia et singula alia supra et infra scripta rata firma habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere dicere opponere vel venire quovismodo. Omnibus insuper juribus jurisque et facti exceptionibus canonicis civilibus et municipalibus cauthelis patrieque et locorum consue-

Digitized by Google

tudinibus ac aliis quibuscumque quibus contra premissa seu ipsorum aliqua facere dicere vel venire possent aut in aliquo se tuheri et maxime juridicenti, generalem renunciacionem non valere nisi speciali precedente sub vi suorum jam supra prestitorum juramentorum expresse renunciantes. De quibus premissis prelibatus illustrissimus dominus noster Dux precepit dicti vero Sindici et Consiliarii nominibus premissis requisierunt per me dictum notarium et Secretarium fieri duo et plura eiusdem tenoris publica instrumenta dictamine Sapientis si fuerit opportunum eorundam facti substancia in aliquo non mutata. Actum Dragonerii in domo nobilis guillelmi de Sancto Damiano presentibus magnificis spectabilibusque et nobilibus viris dominis Antermo Barone Myollani Marescallo Sabaudie Ludovico de Myollano domino Serve Ludovico Alamandi domino Arbencii francisco Barone Chivronis johanne de Aluigio domino Condree Amedeo ex Comitibus Valpergie Petro de Pesmes domino Brandicii Milite Anthonio de Monteolo pedemontano Collaterali juris utriusque doctore Consiliariis johanne Nyelli et henrico Lestelley Secretariis ducalibus ac pluribus aliis testibus ad hec astantibus vocatisque et rogatis.

## N° LXIX.

### *I sindaci e consiglieri della Comunità di San Damiano prestano giuramento di fedeltà al duca Carlo I di Savoia.*

1488, 23 *maggio.*

Instrumentum fidelitatis Sindicorum hominum et Comunitatis Sancti Damiani

In nomine Domini amen huius publici instrumenti tenore cunctis fiat manifestum Quod anno a nativitate eiusdem domini sumpto currente millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo indicione sexta cum eodem anno sumpta et die vicesima tercia mensis may in dominorum testium misque francisci Richardi notarii publici et Ducalis Sabaudie Secretarii subscriptorum presencia propter infrascripta peragenda personaliter constituti

Digitized by Google

et existentes in conspectu et presencia illustrissimi Principis domini nostri domini Caroli Ducis Sabaudie Chablaisy et Auguste Sacri Romani imperii Principis Vicariique perpetui Marchionis in Ytalia Principis Pedemontium Comitis de Villariis Baronis Vuaudi et gay Nycieque Vercellarum ac Friburgi etc: domini videlicet Stephanus Nycollivery (*sic*) et Damianus de Alpiasco Sindici nec non Damianus Molinery, jordanus johannes Comba jordanus Comba jordanus Bernardi Petrus Paulini Cristhoforus Tortelli Glaudius Bertelli et Anthonius Grassini omnes Consiliarii et Credendarii de Sancto Damiano tam suo proprio nomine quam nomine tocius Comunitatis eiusdem loci pro qua promiserunt de rato habendo et ratifficari faciendo ut infra Quiquidem Sindici Consiliarii et Credendarii nominibus premissis volentes debitum suum erga prefatum illustrissimum Principem dominum nostrum Ducem ut convenit reddere scientes et spontanei non decepti non cohacti nec aliquo modo circumventi sed gratis et ex eorum et cuiuslibet ipsorum certa sciencia et spontanea voluntate pro se suisque heredibus et successoribus quibuscumque nominibus premissis promiserunt et corporaliter juraverunt ac presentis publici instrumenti tenore promittunt et jurant tactis sanctis Dei evangeliis subque suorum omnium et singulorum expressa obligatione bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum quorumcumque prelibato illustrissimo domino nostro Duci presenti michique dicto notario et Ducali Secretario ad opus sui et suorum heredum ac ceterorum quorum interest intererit et in futurum poterit quomodolibet interesse more publice persone stipulantes et recipientes se se et suos predictos perpetuo fore velleque et debere esse probos legales et fideles subdictos ipsius illustrissimi domini nostri Ducis et suorum predictorum ipsiusque honorem statum comodum ac utilia quecumque ubique totis viribus procurare sinistra vero et inutilia suo posse vitare, et quam primum ad sui devenerint noticiam eidem illustrissimo domino nostro Duci et suis revellare et nota facere sanum quoque consilium et fidele quociens requisitum fuerit eidem illustrissimo domino nostro Duci impendere sibique servire fideliter et guerram pro eo facere pro et contra ceteros dominos et personas mondi, et generaliter omnia alia et singula erga prelibatum illustrissimum dominum nostrum Ducem et suos legaliter facere et adimplere que boni fideles et subdicti domino suo naturali facere et prestare tenentur et debent et que in capitulis nove et veteris fidelitatis forme latius describuntur nec

Digitized by Google

non omnia et singula supra et infra scripta rata grata, firma et vallida habere perpetuo et tenere et nunquam contrafacere, dicere opponere vel venire quovismodo. Quin ymo ea omnia et singula per alios singulares homines et Comunitatem ipsius loci Sancti Damiani ratifficari, et approbari facere infra unum mensem proximum publico instrumento in Camera computorum ducalium reddendo Omnibus insuper juribus canonicis civilibus municipalibus exceptionibus cauthelis patrieque et locorum consuetudinibus ac aliis quibuscumque quibus contra premissa vel ipsorum aliqua facere dicere vel venire possent aut in aliquo se tuheri et maxime juridicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis sub vi suorum ut supra prestitorum juramentorum expresse penitus renunciantes De quibus premissis prelibatus illustrissimus dominus noster Dux precepit dicti vero Sindici et Consiliarii nominibus premissis requisierunt per me dictum notarium fieri duo et plura si opus sit publica instrumenta dictamine Sapientis corrigenda facti substancia in aliquo non mutata. Actum Dragonerii in domo spectabilis domini guillelmi de Sancto Damiano presentibus ibidem magnificisque spectabilibusque et nobilibus viris dominis Antermo Barone Myollani Marescallo Sabaudie Ludovico de Myollano domino Serve . . Comite de Celano Anthonio Deforesta domino Reani milite gubernatore Nycie Ludovico Alamandi domino Arbenci johanne de Alluigio domino Condree Petro de Pesmes domino Brandicii milite Ludovico talliaudi Armorum Capitaneo Consiliariis Andrea de Marrixet henrico Lestelley Secretariis Ducalibus ac pluribus aliis testibus ad hec astantibus vocatisque et rogatis.

## N° LXX.

### *I deputati dei dodici Comuni della valle superiore di Maira prestano fedeltà al duca Carlo I di Savoia.*

1488, 5 *giugno*.

Instrumentum fidelitatis hominum et Comunitatum Vallis Macre

In nomine domini amen huius publici instrumenti tenore Cunctis fiat manifestum Quod anno a nativitate eiusdem domini sumpto currente millesimo quatercentesimo octuagesimo octavo

Digitized by Google

indicione sexta cum eodem anno sumpta, et die quinta mensis junii in dominorum testium misque francisci Richardi notarii publici et Ducalis Sabaudie Secretarii subnominati presencia propter infrascripta per agenda personaliter constituti et existentes in conspectu et presencia illustrissimi Principis domini nostri domini Caroli Ducis Sabaudie Chablaisy et Auguste Sacri Romani imperii Vicariique perpetui Marchionis in ytalia Principis Pedemontium Comitis de Villariis Baronis Vuaudi et gay Nicieque Vercellarum ac Friburgi etc: domini videlicet primo Bartholomeus Luyci Glaudius Resplandini johannes jartosy Petrus Clementis et Spiritus Galliani Sindici hominum et Comunitatis Accellii Anthonius Falo (*sic*) Sindicus Uxolii johannes Bonelli et Laurencius jayme Sindici Pracy Anthonius janti Anthonius Constancy Sindici loci Sancti Michaelis Reymondus Petri sindicus Elve johannes Chaluil (*sic*) Sindicus Stropi Anthonius Collumbery et Anthonius Maximi Sindici Marmoris juvenalis Pezery Sindicus Chanosy Laurencius Peyrone Sindicus Alme johannetus Martini girardi girardi et georgius Eymar Sindici Cellarum Bertrandus Bonelli Ugetus juxiane Sindici Lotuli et johannes Dejohannis ac jordanus Scaria Sindici loci de Payeres omnes de Valle Macra tam suis nominibus propriis quam nominibus dictarum Comunitatum pro quibus de rato habendo et ratificari faciendo promiserunt quiquidem Sindici dictarum Comunitatum et locorum predictorum Vallis Macre nominibus premissis singulis ad singula relatis volentes eorum erga prelibatam Ducalem excellentiam ut convenit reddere scientes et spontanei non decepti non cohacti nec aliquo modo circumventi sed gratis et ex eorum et cuiuslibet ipsorum certa sciencia et spontanea voluntate pro se suisque heredibus et successoribus quibuscumque nominibus predictis promiserunt et corporaliter juraverunt ac presentis publici instrumenti tenore promictunt et jurant tactis Dei evangeliis subque suorum omnium et singulorum expressa obligatione et ypotheca bonorum mobilium immobilium presentium et futurorum quorumcumque prelibato illustrissimo domino nostro domino Carolo Sabaudie Duci ibidem presenti michique dicto notario et secretario ad opus sui et suorum ac ceterorum quorum interest, intererit et in futurum poterit quomodolibet interesse stipulantes et recipientes se se et suos predictos fore et esse velleque et debere esse probos legales et fideles subdictos ipsius illustrissimi domini nostri Ducis et suorum predictorum ipsiusque honorem statum comodum ac utilia quecumque ubique totis viribus procurare sinistra vero et inutilia suo posse vitare

Digitized by Google

et quam primum ad sui devenerint noticiam eidem illustrissimo domino nostro Duci et suis revellare et nota facere sanum quoque consilium et fidele quociens requisitum fuerit ipsi illustrissimo domino nostro impendere sibique seruire fideliter et guerram pro eo facere pro et contra ceteros dominos et personas mondi et generaliter omnia alia et singula erga prelibatum illustrissimum dominum nostrum Ducem et suos legaliter facere et adimplere que boni fideles et subdicti domino suo naturali facere et prestare tenentur et debent et que in capitulis nove et veteris fidelitatis forme latius sunt expresse. Nec non omnia et singula supra et infrascripta et in presenti publico instrumento contenta rata grata firma et vallida habere perpetuo et tenere et nunquam contra facere dicere opponere vel venire quovismodo Quin ymo ea omnia et singula per singulares personas et Capita domorum dictarum Comunitatum et locorum dicte Vallis Macre singula singulis refferendo ratifficari et approbari facere publicis instrumentis infra unum mensem proximum in camera Ducalium Computorum reddendo. Omnibus insuper juribus jurisque et facti exceptionibus canonicis civilibus municipalibus et cautelis patrieque et locorum consuetudinibus ac aliis quibusvis quibus contra premissa seu ipsorum aliqua facere dicere opponere vel venire possent aut in aliquo se tuheri et maxime juridicenti generalem renunciacionem non valere nisi speciali precedente sub vi suorum ut supra prestitorum juramentorum expresse renunciantes. De quibus premissis prelibatus illustrissimus dominus noster Dux precepit dicti vero Sindici nominibus antedictis requisierunt per me dictum notarium et Secretarium fieri duo et plura eiusdem tenoris et substancie publica instrumenta dictamine Sapientis si fuerit opportunum corrigenda facti substancia in aliquo non mutata. Actum in castro ville Falletorum presentibus magnifficis spectabilibusque et nobilibus viris dominis Antermo Barone Myollani Marescallo Sabaudie Ludovico de Myollano domino Serve Amedeó ex Comitibus Valpergie Ludovico Alamandi domino Albencii Petro de Pesmes domino Brandicii milite hugone de Luyriaco domino Vellerie Anthonio de Montheolo juris utriusque doctore et primo Collaterali Pedemontano Gaspardo Provane et Sebastiano Ferrerii ducalibus Consiliariis ac pluribus aliis testibus ad hec astantibus vocatisque et rogatis.

*Questo e i precedenti tre istrumenti sono ricavati dai protocolli originali del segretario ducale Francesco Richard esistenti nell'Archivio già della Camera dei conti in Torino a fol.* 420 *e segg.*

Digitized by Google

## N° LXXI.

*Costanzo Bernardi, Giovanni Aynœudi, Pietro Ysuardi, Domenico Polloti ed Ughetto Alixiardi si obbligano di pagare al signor Stefano de Puissacho governatore pel duca di Borbone di Dronero e della valle di Maira, a nome della Comunità di Dronero, fiorini quattrocento per la metà delle regalie da questa dovute al detto duca: più, unitamente alle Comunità di San Damiano e Pagliero, cento scudi a titolo di buona venuta.*

1488, 7 *agosto.*

**In nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo indictione sexta die vero septima mensis augusti Actum dragonerii ante castrum ejusdem loci Presentibus ibidem providis viris Nicholao de fopa de dragonerio jacobo bernardi quondam hogerii de rocha et sebastiano bruna de costiglioliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Cunctis fiat manifestum quod ibidem presentes constituti in presentia mei notarii subscripti et testium suprascriptorum Egregii viri Constantius bernardi Johannes Aynaudi Petrus ysuardi Domenicus polloti de dragonerio et hughetus alixiardi de rocha et quilibet ipsorum principaliter et in solidum nominé et vice communitatis Dragonerii et communantie per se se et eorum herédes fuerunt confessi et contenti se dare debere et solvere teneri spectabili et magnifico domino stephano de puysacho militi domino septimi et alterippe baylioque montium patrie dalphinalis Regio consiliario et cambellano gubernatori locorum dragonerii paglierii sancti damiani et vallismacre pro Illustri domino duce borboni in cujus manibus tamquam tercii reposita sunt loca dragonerii et vallis propter differentiam vertentem de homagio marchionatus saluciarum inter serenissimum regem franchorum et ducem sabbaudie etc videlicet florenos quatuorcentum pro medietate regalie et census debiti per ipsam com-**

Digitized by Google

munitatem Illustri domino duci borboni tamquam tercio infra unum mensem proxime venturum hodie inchoandum. Item confessi fuerunt teneri solvere ut supra scutos centum pro ejus bono adventu inclusis communitatibus paglierii et sancti damiani quos solvere promiserunt hinc ad festum sancti michaelis proxime venturum in pace et sine lite monete nunc currentis una cum dampnis expensis et interesse supportandis ellapsis ipsis terminis. de quibus trahere et stare promiserunt solo simplici verbo ipsius magnifici domini gubernatoris aut habentis causam ab eodem sine taxatione cujusvis jùdicis ordinarii vel extraordinarii pacto expresso. Et in deffectu solutionis non facte in dictis terminis seu alio opportuno se sponte submiserunt et quilibet ipsorum principaliter et in solidum posse conveniri in loco castri dalphini pacto expresso. Et ad tenendum hostagium et personaliter arrestum in eodem loco castri dalphini et ab eodem non recedere sine expressa licentia ipsius magnifici domini Gubernatoris aut habentis causam ab eodem. Eisdem denuntiato hostagio vel non. Et hoc sub pena unius ducati pro quolibet ipsorum et pro singula die qua cessaverint tenere dictum arrestum sive hostagium ellapso ipso termino eisdem denuntiato hostagio vel non ut supra pacto expresso Que pena si comittatur accusata vel non scripta per me notarium infrascriptum pro duabus partibus fischo et tertia parte accusatori comunis vice quorum de premissis interest intererit aut interesse poterit quomolibet in futurum Que omnia universa et singula suprascripta dicti debitores ut supra et quilibet ipsorum principaliter et in solidum actendere et observare promiserunt et non contrafacere dicere opponere vel venire per se se vel alium aut alios aliqua causa ratione ingenio de jure vel de facto sub obligatione omnium bonorum singulorum ipsorum mobilium et immobilium presentium et futurorum ac reffectioneque omnium dampnorum expensarum et interesse litis et extra. Renuntiantes insuper dicti debitores ut supra exceptioni doli mali vix metus fraudis lexionis in factum indebiti actioni condictioni sine causa vel ex injusta causa L si convenerit digestorum de jurisdictione omnium judicium L dicentis confessionem extra judicium factam non valere L de principali prius conveniendo et L de duobus aut pluribus debitoribus reis debendi eorum fori previllegio ac capitulis libertatibus franquisiis et omni alii juri canonico et civili quibus contra premissa venire possent et se se in aliquo thueri omnino renuntiantes ut supra De quibus omnibus et singulis suprascriptis jussum fuit

Digitized by Google

mihi notario publico infrascripto fieri debere publicum instrumentum sapientis dictamine si fuerit opportunum.

Et ego bartholomeus de faciis alias de marabotis clavarius dragonerii et vallis macre publica imperiali auctoritate notarius hoc publicum instrumentum scripsi et in hanc publicam formam per alium fidelem notarium choadjutorem meum me aliis occupatus negotiis levare feci Ideo hic me subscripsi cum appositione mei soliti tabellionalis signi in fidem et testimonium premissorum.

*Dall'originale in pergamena dell'Archivio civico di Dronero.— Pergamene, vol.* I, *n°* 34.

## N° LXXII.

*Il marchese Ludovico II, ad istanza del Consiglio del Comune di Dronero, concede nuova conferma de' suoi privilegi e franchigie, e che nessuno possa essere processato se non dietro querela con cauzione o legittimi indizi.*

1491, 17 *gennaio.*

In nomine domini Amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo indictione nona et die decimaseptima mensis januarii in camera turris castri Verzolii versus Mantam presentibus magnificis ac spectabilibus dominis petro condomino celle jurisutriusque doctore vicario generali dominico de montilio milite et domino sanctifrontis ac magistro hospitii georgio de ecclesia et vicario et legum doctore et egregio anthonio laureti procuratori fiscali marchionalibus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis In quorum quidem testium et mei infrascripti notarii et secretarii presentia constituti circumspecti viri Constantius Vallate Ludovicus garini Baldesar Marini Ludovicus Abelli Acceglietus Martina et simondus guillielmi ambasciatores ellecti per comunitatem et homines dragonerii et communantie eorum nomine proprio ac nomine et vice universitatis ac omnium et singulorum hominum dicti loci



Digitized by Google

dragonerii et communantie habentes potestatem ut dixerunt constare in libro propositarum seu reformationum consilii dicti loci et communantie cujus copiam signatam et subscriptam exhibuerunt tenoris infrascripti Anno dni millesimo CCCC nonagesimo indictione octava et die XI mensis octobris congregato consilio hominum et comunantie dragonerii de mandato N. Blaxii garini locumtenentis Magnifici domini Capitanei et ad requisitionem N. Anthonii petri et Constantii vallate lazeri sindicorum requirentium eisdem consilium dari super propositis infrascriptis sono campane et per citationes ut moris est. Et primo si placet ordinare et elligere homines qui habeant revidere et facere franchisias ac capitula et consultare cum uno jurisperito si opus fiat. Qui eliecti possint impetrare a domino marchione prout eis videbitur. In cujus quidem consilii reformatione in quo erant omnes consiliares infrascripti nemine ipsorum discrepante videlicet omnes unanimes et concordes placuit ipsis ordinare ut infra N. johannes caroli Anthonius petri Constantius vallate petrus girardi ludovicus Abelli Baldesar marini Constantius de fopa Michael bernardi petrus viola Constantius laurentii lucas margarie magnus marini constantius de valle fizardus guizardi georgius de perino jordanus viola omnes consiliares et primo super prima proposita placuit ipsi consilio quod elligantur homines qui habeant revidere franchisias et capitula comunitatis dragonerii et habeant potestatem diminuendi et levandi de dictis franchisiis quod opus fuerit et eis videbitur et faciendi novas franchisias et capitula prout eis videbitur et eas consultandi cum aliquo jurisperito si opus fuerit et inde petendi et impetrandi prout eis videbitur ab illustri domino domino nostro marchione Salutiarum meliori modo et forma quibus melius fieri poterint et habeant perquirere et simul ponere omnes franchisias veteres et capitula ad ea revidendum et compellere habentes et tenentes ad ea tradendum in manibus ellectorum. Et qui ellecti habeant accedere Salutias ad consultandum et impetrandum dictas franchisias ut supra et inde referre consilio. Ellecti sunt hi E. ludovicus Garini petrus girardi acceglietus martina ludovicus Abelli simondus guillielmi petrus bernardi de rocba Brunus Bertholoti una cum sindicis ac Baldesare marini. Quam quidem copiam extraxi a libro propositarum comunitatis dragonerii Ego carolus de carolis notarius et scriba causarum civilium curie dragonerii Et in fidem premissorum hic me subscripsi cum appositione mei manualis signi K. de Carolis. Ante conspectum illustrissimi principis et excell<sup></sup>

Digitized by Google

domini nostri domini Ludovici Marchionis Salutiarum etc. humiliter ac genibus flexis petierunt et requisiverunt quod sua excellentia dignaretur confirmare omnes et singulas franchisias libertates capitula ordinationes immunitates gratias ellargitiones bonas consuetudines usantias quascumque tam novas quam veteres ac privilegia tam nova quam vetera concessos et concessa ipsi comunitati et comunantie ac hominibus per illustres quondam antecessores marchiones nec non per ipsum illustrissimum dominum marchionem presentem. Item et de novo concedere quod non possit procedi contra aliquem de dragonerio et comunantia seu ibi habitante pretextu alicujus maleficii excepto crimine lese maiestatis nisi interveniat accusator denuntiator vel querelator aut promotor qui partem faciat et fidejubeat de expensis et lite prosequenda vel nisi intervenientibus legitimis et sufficientibus indiciis de quibus constare debeat intitulato antequam respondeat et si aliter gestum fuerit non valeat ipso jure. Qui quidem illustrissimus princeps intellecta requisitione predicta ipsis requirentibus ac ipsi universitati predicte volens gratificari et sui certa scientia animo deliberato ac maturo consilio omnes et singulas franchisias libertates immunitates ellargitiones gratias bonas consuetudines seu usantias tam novas quam veteres statuta capitula ac privilegia tam nova quam vetera concessas et concessa predictis comunitati et hominibus per felices memorias illustrium quondam marchionum salutiarum antecessorum suorum traditas et confirmatas ac tradita et confirmata et pariter per ipsum illustrissimum dominum Marchionem modernum de novo approbavit ratificavit et confirmavit. Item et concessit de novo quod non possit procedi ut supra contra aliquem de dragonerio et comunantia seu ibi habitantem pretextu alicujus maleficii excepto crimine lese maiestatis nisi interveniat accusator denuntiator vel querelator aut promotor qui partem faciat et fidejubeat de expensis et lite prosequenda vel nisi intervenientibus infamia aut legitimis et sufficientibus indiciis de quibus constare debeat intitulato antequam respondeat et si aliter gestum fuerit non valeat ipso jure legente tamen eidem intitulato dicta indicia clavario seu comissario tacendo nomina testium nec tamen detur copia ante responsionem dicti intitulati et hoc capitulum non habeat locum in propriis damnis campestribus in quibus possit omnimodo procedi ad eruendam veritatem et puniendum Et omnia et singula suprascripta ipse illustrissimus dominus marchio modernus promisit in verbo principis predictis Ambassiatoribus acceptantibus et stipulantibus et stipu-

Digitized by Google

lante me notario et secretario subsignato tam eorum quam nominibus quibus supra attendere et inviolabiliter observare et ad majorem roboris firmitatem tactis corporaliter scripturis pariter juravit. De quibus omnibus et singulis tam per ipsum illustrissimum dominum marchionem quam per ipsos ambassiatores eorum et suprascriptis nominibus fui rogatus ego notarius et secretarius infra scriptus duo aut plura conficere instrumenta ejusdem tenoris ad opus quorum intererit sapientis dictamine si fuerit opus.

Et ego stephanus de serponte de salutiis publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptique illustrissimi domini marchionis secretarius premissum publicum instrumentum recepi et scripsi ac subscripsi cum appositione mei signi tabellionatus consueti in testimonium veritatis.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 36.

## N° LXXIII.

### *Dietro istanza del Comune di Dronero il marchese Ludovico II approva lo statuto concernente l'esazione delle taglie.*

1492, 6 *settembre.*

**In nomine domini amen** Anno ejusdem domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo inditione decima die sexta mensis septembris Actum in castro salutiarum in camera turris nove in qua tenetur Consilium. Presentibus Reverendo sacre theologie et decretorum doctore domino magistro Michaele de Madeis Provinciali ordinis predicatorum. Nec non spectabilibus dominis Petro condomino Celle vicario generali. Georgio de ecclesia etiam vicario et Alberto Invitiato Consiliario marchionalibus ac juris utriusque doctoribus testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Universis et singulis hoc presens publicum instrumentum inspecturis fiat manifestum Quod ante conspectum et presentiam Illustrissimi principis et Excellentissimi domini nostri domini Ludovici marchionis Salutiarum etc. Providi viri Constantius vallate quondam Lazari sin-

Digitized by Google

dicus et sindicario nomine ac Petrus gerardi ambassiator comunitatis et universitatis et hominum dragonerii ac mandamenti. Exhibuerunt et reverenter presentaverunt prefato illmo domino marchioni Capitulum sive statutum cujus tenor sequitur et est talis. Quoniam sepemodo contingit fieri multas indebitas exceptiones et frustatorias dilationes contra taleas et exactiones illarum presertim quando fuerint excessive et indebite facte. Itaquod sepe differtur talearum exactio quod in multis comperitur cedere in non parvum preiudicium totius Comunitatis dum etiam interim quandocumque habere debentes imputant sumptus factos pro debiti dilatione presertim pro censibus et regaliis annatim debitis. Ideo illustrissimus dominus dominus Ludovicus Marchio Salutiarum concessit Comunitati et hominibus dragonerii et mandamenti et pro statuto valere voluit et decrevit Quod quel bet possessio existens in posse dragonerii et comunantie nisi esset privilegiata teneatur supportare onera quecumque Comunitatis dragonerii Et quod quelibet persona de dicto loco et comunantia teneatur solvere omnes taleas impositiones subsidia et onera Comunitatis pro possessionibus suis juxta formam capitulorum Et quod nulla persona cujuscumque gradus existat de dragonerio sive ibidem habitans aut comunantie a modo in antea audeat et presumat ante solutionem opponere venire contradicere seu allegare vel infringere directe vel indirecte quoquomodo contra rationatus impositiones taleas seu alias rationes comunitatis factos et factas ac fiendas per electos per dictam Comunitatem. Sed illos et illas teneatur et debeat solvere juxta impositiones rationatorum seu electorum omni exceptione cessante sub pena librarum decem pro quolibet et qualibet vice contrafaciente. Salvum tamen sit jus postea contra impositiones conquerendi. Et si quis juste habet seu habebit recipere non possit compensare post dictam impositionem factam sub dicta pena. Sed id quod debebit recipere teneatur expectare usque ad novum fodrum seu novam impositionem proxime imponendam seu imponendum factis debitis proclamationibus per quindecim dies antequam si quis sit recepturus a comunitate describi faciat id quod est recepturus in manibus rationatorum Et qui contravenerit huic capitulo ultra dictam penam non possit gaudere comodo comunitatis per decem annos Et nihilominus compelli possit ad observanda premissa. Supplicantes humiliter ac requirentes prefato illmo domino nostro domino Marchioni predicti Constantius Vallate et Petrus gerardi nominibus premissis ut dignetur capitulum sive statutum suprascriptum pre-

Digitized by Google

dicte comunitati et hominibus Dragonerii ac communantie sive mandamenti concedere approbare et confirmare. Quiquid ill^mus dominus Marchio premisse supplicationi benevole inclinatus considerata fervente devotione et fide quam erga eum gesserunt et gerunt ipsi homines dragonerii et mandamenti volens manus sue liberalitatis in eos extendere suorum illustrium predecessorum imitando vestigia. Sponte et ejus certa scientia omnique modo via jure et forma quibus melius potuit et potest per se et suos heredes et successores dictis Constantio Vallato et petro gerardi acceptantibus nominibus premissis Capitulum sive statutum supra insertum concessit et pro statuto de cetero in dicto loco dragonerii et communantie valere voluit et decrevit. illudque approbavit et confirmavit. Promittendo per se et suos heredes et successores eisdem Constantio et petro presentibus et stipulantibus nomine et vice Comunitatis et hominum dragonerii et comunantie sive mandamenti ac mihi notario et secretario subscripto tamquam publice persone et oficio publico fungenti stipulanti et recipienti nomine et vice dicte Comunitatis dragonerii ac comunantie et omnium ac singulorum quorum interest et intererit seu interesse poterit quomolibet in futurum predictas concessionem statuti approbationem et confirmationem et omnia et singula in presenti publico instrumento contenta in verbo principis habere firmam ratam et gratam ac firma rata et grata. Et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa colore vel ingenio de jure vel de facto. Sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum et refectione damnorum expensis et interesse litis et extra. De quibus omnibus prefatus illustris dominus Marchio jussit et suprascripti Constantius et petrus rogarunt per me notarium infrascriptum ac secretarium fieri publica instrumenta ad opus utriusque partis.

Et ego franciscus stangha de Valfenaria Astensis diocesis Publicus imperiali auctoritate notarius ac marchionalis secretarius Premissis dum agerentur interfui et suprascriptum publicum instrumentum recepi quod per fidum notarium coadjutorem meum ex prothocollo meo levavi et in suprascriptam publicam formam reddigi feci aliis occupatus negotiis Et quia facta collatione de eo cum ipso prothocollo utrumque inveni concordare hic me subscripsi. Cum appositione mei soliti signi tabellionatus in testimonium veritatis.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 37.

N° LXXIV.

*Il marchese Ludovico II confermando i privilegi e franchigie del Comune ed uomini di Dronero concede loro piena amnistia pel passato, eccettuati quelli che avevano favorito l'invasione del duca di Savoia ed i falsari, e concede pure la esenzione dalla bannalità pei forni campestri mediante l'annuo canone di dodici fiorini d'oro.*

1493, 15 *dicembre.*

**Ludovicus Marchio Saluciarum etc.**

**Informati** sumus ad plenum de omnibus et singulis processibus formatis in curia nostra Dragonerii contra sindicos Rationatores Registratores Revisores quosdam Consiliarios et alios de quibus in dictis processibus occassione pretense male administrationis Reipublice et aliorum de quibus in dictis processibus propter plures querellas factas per aliquos querellantes. Informatique sumus per Ludovicum garini Andream de Landexio stephanum Azardi Thomam Rubei Petrum de modecia Bartholomeum galiani ac Petrum marini sindicos Consiliares et Ambassiatores ad hoc missos pro parte populi et consiliariorum Dragonerii Quod mediante auxilio nostro discordia que erat in dicto loco pacificata fuit tractatu Spectabilis juris utriusque doctoris domini Petri condomini celle vicarii nostri generalis ac Nobilis frederici Vache Potestatis Dragonerii quos ad hanc rem legavimus. Nobis profecto placet vehementer dicta concordia. Quoniam res parve ex concordia crescunt et ex discordia maxime dilabuntur. Cordi etiam nobis est dictum locum nostrum ad bonum statum perducere Quod ut facilius fieri possit dictos omnes processus formatos jussimus ac jubemus aboleri. Quia vero ut nobis exposuerunt dicti ambassiatores dicebatur quod etiam processus plures erant parati fiendi contra omnes qui a pluribus annis citra Rempublicam administrassent Requisiverunt nos Ambassiatores pre-

dicti ut dignaremur providere quod talia non fierent. Igitur nos qui eisdem cupimus benefacere ut eos erga nos tanto fideliores habeamus quanto maiori nostra liberalitate et benignitate foveri se senserint Eisdem recipientibus nomine totius populi et singularum personarum Concessimus et concedimus generalem abolitionem. Non solum suprascriptorum sed etiam omnium qui fieri potuissent et possent occassione dicte administrationis vel alterius fraudis commisse contra Rempublicam. Quin imo ut benignitatem nostram et dilectionem erga se magis sentiant. Tenore presentium concedimus abolitionem omnium et singulorum criminum maleficiorum seu delictorum hactenus perpetratorum sive in universo sive in particulari quomodocumque et qualitercumque etiam si esset vel dici posset Crimen lese maiestatis vel simile. Et in singulis capitulis ejusdem et omnium quorumcumque que dici vel excogitari possent et de quibus constat per aliquas informationes vel per aliquos processus et de quibus non constat et de quibus constare posset Ita et taliter quod hujusmodi quittatio et liberatio trahatur ad ea de quibus scientia habetur et ad ea de quibus scientia non habetur et ad incogitata. Ita et taliter quod fiat quittatio ac si de ipsis esset facta specialis mentio. Et que essent contra formam nove et veteris fidelitatis forme et singula capitula de quibus in ipsa nova et veteri fidelitatis forma Et hoc fecimus de gratia speciali Eo salvo si quis compariretur avocasse vel ivisse captum exercitum illustris domini ducis sabaudie tempore quo bella gerebat contra Marchionatum vel qui in hoc prebuisset auxilium consilium et favorem Excipimus tamen ab hac generali abolitione Crimen false monete sive in cudendo sive in radendo fundendo sive expendendo dolose sciendo illam esse falsam nec non falsorum instrumentorum et aliarum scripturarum falsarum. De quibus hactenus non fuit processus inchoatus. Igitur jubemus et mandamus omnibus et singulis officialibus nostris mediatis et immediatis ut omnimodo non procedant contra ipsam universitatem Neque alias singulares personas dicti loci dragonerii et Comunantie ex quavis causa que dici vel excogitari possit. Exceptis criminibus antedictis superius exceptatis Declarantes omnes processus factos et fiendos ex quibuscumque criminibus delictis seu maleficiis actenus perpetratis tam in universo quam in particulari nullius esse valoris et momenti. Exceptis premissis. Insuper affectionem maiorem demonstrando erga ipsos abolemus et jubemus aboleri absque ullis expensis omnes et singulas penas mulctas impositas et incursas occassione exactionis talearum a festo sancti Michaelis anni millesimi quadringentesimi nonage-

Digitized by Google

simi secundi citra. Nec non penas et mulctas impositas pro arrestis personarum vigore aliquorum debitorum dicte comunitatis vel singularum personarum occassionibus premissis et a dicto tempore citra. Nec non a penis et mulctis impositis illis qui debebant solvere pretium aque per eos vendite per comunitatem dicti loci dummodo comunitati fuerit satisfactum de ipso pretio. Et ut magis sentiant bonam nostram erga ipsos voluntatem Declaramus et eis concedimus quod potestas seu capitaneus aut quivis ordinarius in dicto loco dragonerii non possit nec debeat aliquid accipere pro aliquibus delictis comissis vel comittendis sub pretextu alicuius comissionis sed remaneat firma franchisia eisdem concessa sive fuerit ordinarius habens comissionem sive illam non habuerit. Postremo non fessi eis benefacere approbamus et rattificamus eisdem omnia et singula statuta franchisias libertates et bonas consuetudines dicti loci dragonerii Rochebrune et forestorum actenus eis concessas per nos vel predecessores nostros. Tandem super causa et lite que erat inter egregium procuratorem fiscalem nostrum seu patrimonii nostri occasione furnorum Rochebrune tectorum Moscheriarum sancti Juliani prati rubei prateveteris et aliorum forestorum dicti loci dragonerii Eo quia dictus procurator fiscalis proponebat neminem posse facere furnum in ipsis locis sine nostra speciali licentia et sine solutione fornagiorum prout fit in dragonerio vigore juris nostri prout habemus in dicto loco dragonerii. Ex adverso dicebatur pro parte dictorum locorum quod ipsi de Rocha Moscheriis et Forestis numquam solverant aliquod fornagium sed fuerant continue in possessione vel quasi libertatis faciendi et tenendi furnos sine licentia domini et absque aliqua solutione per tantum temporis spatium cuius initii hominum memoria non existit Et quod hoc etiam est de jure comuni Licet id per procuratorem nostrum negaretur. Nos volentes dictam causam pacificare et potius gratiose procedere quam cum nostris hominibus litigare Quos etiam cognoscimus non libenter litigare cum domino suo. Pervenimus ad transactionem cum dictis ambassiatoribus promittentibus et stipulantibus nomine dictorum locorum et comunitatis dragonerii et solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus videlicet quod dicta comunitas Dragonerii et comunantie teneatur nobis solvere annuatim pro censu dictorum furnorum forestorum Rochebrune Moscheriarum sancti Juliani tectorum Prate rubee et prate veteris et aliorum forestorum Dragonerii florenos duodecim monete currentis tempore solutionis in perpetuum singulo anno in festo nativitatis domini nostri Jesu Christi. Et quod dicti de

Digitized by Google

Rocha Moscheriis sancti Juliani prateveteris et pratirubei et aliorum forestorum tam habitantium nunc in ipsis forestis Dragonerii quam qui in futurum habitabunt in dictis forestis Dragonerii vel aliis forestis ejusdem loci Dragonerii possint et valeant ubi eis placuerit facere furnos et factos tenere et restaurare. Tot et quot et quotiescumque et ubi eis placuerit libere et expedite absque solutione alicui persone fienda excepto dicto censu tantum. Qui quomodovis non possit augeri nec exigi ultra predictos duodecim florenos. Ita et taliter quod ad aliam solutionem compelli non possint. Quibus tenore presentis transactionis remitimus omnes penas si quas incidissent coquendo contra proclamata nostra. Nec non et pariter remitimus omnia fornagia que pretendebat dictus procurator nobis deberi pro temporibus retroactis. Quibus non solverunt Et ita promissimus et promitimus eisdem ambassiatoribus et notario ac secretario nostro subsignato tamquam publice persone stipulanti ut supra In verbo boni et veri Principis attendere et observare. Pariter promisserunt nobis stipulantibus dicti Ambassiatores dictis nominibus attendere et observare sub obligatione bonorum nostrorum et Comunitatis predicte. In quorum testimonium presentes fieri jussimus per franciscum stangha notarium et secretarium nostrum subsignatum et sigillo nostro roborari. Datum saluciis die decimaquinta mensis novembris millesimo quadringentesimo et nonagesimo tertio.

LODOVICUS

FRANCISCUS

✠ *Sigillo in cera rossa*

*Dall'originale pergamena nell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 38.

## N° LXXV.

*Margherita di Foix, reggente pel marito marchese Ludovico, approva lo Statuto della Comunità di Dronero:* Quod bestie non vadant in alienis pratis post rexias secatas usque ad diem primam aprilis.

1495, 29 *agosto.*

Copia literarum confirmationis suprascripti statuti.

**Margarita de fuxo Marchionissa Salutiarum locumtenens generalis Ill$^{mi}$ principis et excelsi domini d. Ludovici Marchionis salutiarum consortis nostri Gubernatori Potestati Dragonerii vel ipsius locumtenenti clavarium dicti loci qui nunc est vel pro tempore fuerit fidelibus dilectis salutem Visso statuto hiis annexo Cupientes Communitatem Dragonerii in nobis possibilibus complacere. Tenore presentium ex nostri certa scientia statutum ipsum approbamus Laudamus et confirmamus Illudque de cetero vires obtinere et observare decernimus Mandantes vobis ut illud observetis et observari faciatis inconcusse in ipso loco dragonerii territorio et mandamento. Datum salutiis die vigesimanona augusti MCCCCLXXXX quinto**

**Petrus** **Franciscus.**

*Dal volume degli Statuti antichi di Dronero, foglio ultimo.*

Digitized by Google

## Nº LXXVI.

*Il marchese Ludovico II di Saluzzo esime da ogni gravezza le case fabbricate nel recinto di Dronero ed obbliga tutti i possessori di un registro superiore alle lire tre dei cantoni rurali del medesimo a comperarvi o fabbricarvi casa nel termine di tre anni.*

1497, 8 *luglio.*

**Ludovicus Marchio Salutiarum etc.**
Ad perpetuam rei geste memoriam Universis et singulis presentes inspecturis notum fiat. Quod nos ad ea que comodum bonificationem augumentum ampliationem et securitatem Oppidorum et locorum nostri marchionatus cedere conspicimus libenter animum nostrum revolvimus et futuris periculis quantum possumus obviare cupientes. Supplicationibus dilectorum fidelium nostrorum Nobilium et Comendabilium virorum Andree de laudesio Johannis aynardi antonii donadei et Ludovici garini Ambassiatorum Comunitatis et hominum Oppidi nostri Dragonerii favorabiliter inclinati. Et ut oppidum ipsum ab hominibus propter facilitatem domorum quas in campis construi dictum percipimus non deseratur. Sed potius homines ipsi ad dictum oppidum habitandum et meliorandum inanimentur. Aliisquoque laudabilibus moti considerationibus. Presenti decreto perpetuo valituro Ex nostri certa scientia et motu proprio. Et quia sic volumus Et omnino decernimus. Quod omnes et singule domus et edificia que nunc sunt et imposterum fieri et construi continget intra menia dicti loci et oppidi Dragonerii sint libere et libera exempta et immunia et quas et que nos sic liberamus et eximimus a quibuscumque Impositionibus Collectis taleis imponendis de cetero in dicto loco Dragonerii et mandamento et ita esse intelligantur. Preterea ut oppidum ipsum melius in futurum regatur et bonificetur eodem decreto statuimus et decernimus Quod homines et persone que nunc sunt et pro tempore fuerint tectorum forestorum sancti juliani Noerati et Prateveteris et

**aliorum forestorum non habentes domum et habitationem in dicto loco Et nunc habentes et qui habebunt registrum valoris ultra libras tres in et super territorio ejusdem loci teneantur et debeant infra tres annos a die publicationis hujusmodi decreti construere seu construi facere unam domum pro quolibet habente in registro ut supra dictum est intra dicta menia dragonerii. Et saltem emisse sedimen sive solum pro edifficando primo anno ipsorum trium annorum. Et venire ad standum et habitandum in dicto loco. Sub pena ducatorum quinquaginta pro quolibet casu contrario comittenda et fisco nostro applicanda Ad quorum testimonium presentes literas seu decretum predictum fieri jussimus per franciscum Stangham Secretarium nostrum subsignatum et sigilli nostri munimine roborari. Datum Saluciis die octava jullii Millesimo quadringentesimo Nonagesimo Septimo.**

**Petrus**

**Franciscus**

*Luogo del sigillo*

*Dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 39.

## N° LXXVII.

### *Il marchese Ludovico II si obbliga colla Comunità di Dronero di non estrarre l'acqua della* bealeria cuniculorum *fuori del territorio della medesima mediante la somma di* 1400 *fiorini da pagarsegli nel termine di tre anni.*

1503, 13 *maggio.*

**In nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quingentesimo tertio indictione sexta die tertia decima mensis may Actum in aula magna castri Saluciarum Presentibus magnificis dominis Marchioto de salutiis condomino mante dno johanne**

Digitized by Google

de alladio domino Bonivicini milite consiliario domino dominico condomino montilii milite domino sanctifrontis magistro hospitii domino francisco cavatia juris utriusque doctore vicario et judice appellationum. Nec non spectabili gullielmo de casanant etiam magistro hospitii ac spectabili hieronimo condomino montilii castellano arpeaschi et johanne casanoti procuratori fiscali infrascripti domini marchionis testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Quod cum inter agentes pro ill$^{mo}$ principe et ex$^{mo}$ domino nostro domino marchione Saluciarum etc ex una parte et comunitatem et homines dragonerii ex altera orta esset differentia occaxione aque labentis per bealeriam cuniculorum dragonerii Ex eo quia agentes pro predicto ill$^{mo}$ domino pretendebant aquam per dictam bealeriam extra fines et territorium dragonerii extrahere et conduci facere et ex altera Comunitas et homines dicti loci dragonerii opponebant id fieri non posse in prejudicium comunitatis et hominum dragonerii attenta maxime transactione alias inhita inter illustrem numquam delende memorie dominum Ludovicum marchionem ipsius moderni domini marchionis genitorem et ipsos de dragonerio et plura hinc inde dicerentur que brevitatis causa ȯmittuntur **hinc fuit** et est quod prefatus illustris dominus Marchio ex una parte et nobiles et providi viri Andreas de landesio stephanus azardi Blaxius garini thomas rubei ludovicus abelli franciscus polloti et acceglietus martina ambassiatores dicte comunitatis et hominum dragonerii ex altera ad infrascriptam transactionem et declarationem devenerunt. Et primo prefatus illustris dominus Marchio informatus de transactione predicta de qua constat instrumento recepto per quondam nobilem petrum Milanesii notarium et secretarium marchionalem sub anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo indictione tertiadecima die vigesimaquarta januarii et de expressis in ea ut asseruit Ipsam transactionem cum omnibus in ea contentis rattam habendo transegit et declaravit quod ipsi domino Marchioni et suis non liceat aquam per dictam bealeriam cuniculorum duci seu extrahi vel labi facere extra fines et territorium dragonerii. Sed per eamdem bealeriam possint et valeant comunitas et homines predicti tantam aquam ex flumine macre quantam voluerint ducere et capere pro eorum prediis possessionibus et pratis tam factis quam fiendis adaquandis et irrigandis et de ipsa aqua disponere intra fines dragonerii ad causam predictam. Omni impedimento et molestia prothinus cessantibus. Ita tamen quod per dictam comunitatem et homines dragonerii non possit aqua predicta per supradictam

Digitized by Google

bealeriam Cuniculorum labens impediri vel diverti in prejudicium ingeniorum prefati domini marchionis nunc vel in futurum existentium Imo de cetero aqua discurrens et labens per dictam bealeriam sit et intelligatur tantummodo ad opus et ussum dictorum ingeniorum prefati domini marchionis et suorum et prediorum ac pratorum finium et territorii dragonerii. nec per partes ipsas in dampnum et preiudicium predictorum ingeniorum prediorum et pratorum possit quovismodo dicta aqua labens et discurrens per dictam bealeriam diverti vel impediri. Item convenerunt et transigerunt suprascripti ambassiatores nomine et vice comunitatis et hominum dragonerii pro quibus de rattheando solempniter et in forma sufficienti promisserunt dare et solvere predicto domino marchioni occaxione premissorum florenos Mille et quattuorcentum. In tribus terminis. Videlicet in festo sancti martini proxime venturi tertiam partem. Et successive singulis annis in dicto festo usque ad integralem satisfactionem ipsorum Mille et quattuorcentum florenorum. Quamquidem transactionem et conventionem et omnia et singula supra et infrascripta ac in presenti publico instrumento contenta prefatus Illustris dominus marchio per se et suos heredes et successores Et prenominati ambassiatores nomine et vice Comunitatis et hominum dragonerii sibi ipsis ad invicem et vicissim solempnibus stipulationibus hinc et hinc intervenientibus et mihi notario et secretario infrascripto tamquam publice persone et officio publico fungenti stipulanti et recipienti nomine et vice omnium singulorum quorum interest intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum convenerunt et promisserunt firma ratta et gratta habere et tenere attendere quoque et observare et non contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium aliqua ratione vel causa collore vel ingenio de jure vel de facto. Et ipse illustris dominus Marchio in verbo principis sub obligatione bonorum ipsarum partium et predicte comunitatis dragonerii presentium et futurorum ac reffectione dampnorum expensarum et interesse litis et extra. Renuntiantes partes suprascripte exceptioni doli mali ac transactionis non sic facte et omni alii juris auxilio De quibus omnibus jussum et rogatum fuit per me notarium et secretarium infrascriptum fieri publica instrumenta cuilibet parti unum dictamine periti si opus fuerit.

Et ego franciscus stangha de valfenaria astensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius ac prefati ill[mi] domini marchionis secretarius suprascriptis omnibus interfui et premissum publicum instrumentum recepi quod aliis occu-

patus negotiis per fidum notarium coadjutorem meum ex meo protocollo levari ac scribi feci. Et quia facta collatione cum ipso protocollo utrumque inveni concordare hic me subscripsi cum appositione mei soliti signi thabellionatus in veritatis testimonium.

*Da copia autentica del secolo* XVI *dell'Archivio civico di Dronero. Art.* 34, *n°* 28.

## N° LXXVIII.

*La marchesana Margherita di Foix, madre e tutrice del marchese Michele Antonio di Saluzzo, riceve a nome di suo figlio il giuramento ed omaggio di fedeltà dai deputati della Comunità ed uomini di Dronero e conferma le loro franchigie, privilegi e statuti.*

1504, 13 *aprile.*

**In nomine domini amen** anno ejusdem domini millesimo quingentesimo quarto Inditione septima die decimatertia mensis aprilis Actum in castro saluciarum In camera turris nove in qua tenetur consilium Presentibus Reverendo ac magnifico domino fabricio de carreto finarii domino milite jerosolimitano spectabilibus Johanne Jofredo et Antonio de salutiis condominis mante Ac etiam spectabilibus dominis Georgio de Ecclesia vicario et francisco cavatia etiam vicario et judice appellationum et juris doctoribus ac Nobili karolo condomino costigliolarum testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Cunctis sit notum quod constituti ante presentiam ill^me^ principisse et excel^me^ domine domine Margarite de fuxo Marchionisse salutiarum matris et tutricis ac tutorio nomine illustrissimi principis et excelsi domini nostri domini Michaelis antonii Marchionis saluciarum etc Nobiles ac providi viri Stephanus azardi Blaxius garini et Constantius vallate ac Petrinus elixiardi de Rochabruna sindici procuratores et ambassiatores Communitatis et hominum dragonerii ac roche et communantie prout de ipsorum potestate et mandato edocuerunt publico instrumento ibidem presentato

Digitized by Google

recepto et signato per antonium bonelli de dragonerio sub anno et indictione presentibus et die quinta mensis marcii proxime preteriti. Et pro quibus comunitate dragonerii et hominibus ac Roche et communantie solemniter de ratto habendo et contenta in presenti publico instrumento ratificari faciendo promisserunt sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum ac satisfactione damnorum expensarum et interesse litis et extra. Supplicaverunt reverenter prelibate domine Marchionisse tutrici attenta morte felicis recordationis quondam illustrissimi principis ac excelsi domini domini Ludovici marchionis Saluciarum etc hoc anno defuncti. Ut dignetur franchisias libertates et statuta concessas et concessa dictis comunitati et hominibus Dragonerii Roche et communantie ac eorum consuetudines confirmare et approbare. Offerentes se se dictis nominibus paratos et etiam eorum nominibus propriis In manibus dicte Marchionisse nomine quo supra debitum fidelitatis et homagii prestare juramentum et quod virtute predicti mandati etiam nominibus propriis in manibus et ad delationem predicte domine Marchionisse sacrosanctis tactis corporaliter scripturis ad sancta dei evangelia prestiterunt ac promisserunt et juraverunt omnia et singula facere et effectualiter adimplere que in capitulis nove et veteris forme fidelitatis latius continentur et que boni viri et fideles subditi erga dominum suum facere tenentur et debent. Quibus sic peractis prelibata ill^ma^ domina Marchionissa tutrix et tutorio nomine quo supra supplicationi et requisitioni predicatorum (*sic*) sindicorum procuratorum et ambassiatorum benigniter inclinata sponte et ejus certa scientia et omni modo via et jure et forma quibus melius potuit et potest medio ejus juramento ad sancta dei evangelia manibus tactis scripturis corporaliter prestito franchisias et libertates ac statuta concessas et concessa predictis communitati et hominibus Dragonerii ac Roche et Communantie ac bonas et laudabiles consuetudines eorum confirmavit ac tenore presentis publici documenti confirmat prout et sicut ac quemadmodum per predictum quondam ill^mum^ dominum Ludovicum Marchionem saluciarum ultimo defunctum et ejus predecessores confirmate et confirmata fuerunt et promisit ipsa domina Marchionissa tutorio nomine quo supra predictis sindicis procuratoribus et ambassiatoribus ac mihi notario et secretario subsignato tamquam publice persone et officio publico fungenti stipulanti et recipienti nomine et vice dicte Comunitatis et hominum Dragonerii ac Roche et totius Communantie et omnium et singulorum quorum interest intererit et



Digitized by Google

interesse poterit virtute suprascripti juramenti omnia in presenti publico instrumento contenta firma rata et grata habere et non contrafacere dicere vel venire de jure vel de facto sub obligatione bonorum suorum presentium et futurorum ac refectione damnorum expensarum et interesse litis et extra De quibus omnibus jussum et rogatum fuit per me notarium et secretarium infrascriptum fieri publica instrumenta dictamine periti si opus fuerit.

Et Ego Franciscus stangha de Valfenaria astensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius ac marchionalis Secretarius premissis dum agerentur interfui et suprascriptum publicum instrumentum jussus ac rogatus recepi ac scripsi manu propria et subscripsi. Cum appositione mei soliti signi tabellionatus in veritatis testimonium.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 40.

## N° LXXIX.

### *La marchesana Margarita di Foix a nome e come tutrice del suo figlio Michele Antonio marchese di Saluzzo ordina che nel luogo di Dronero non si esiga maggior pedaggio di quello portato dai relativi stabilimenti.*

1506, 30 *ottobre.*

Margarita de fuxo marchionissa salutiarum tutrix et tutorio nomine ill^ris^ filii nostri amantissimi Dni michaelis anthonii marchionis saluciarum etc. cappitaneo sive potestati Draconerii vel locumtenenti ac clavario dicti loci qui nunc sunt et pro temporibus fuerint dilectis salutem quoniam sicut accepimus propter diversitatem solutionum pedagii que in patria fiunt contingit plerumque super hujusmodi solucionibus questionem oriri quam de medio tollere volentes et ne quid etiam pro pedagio indebite vel excessive exigatur tenore presentium et nostri certa scientia et prehabita delliberatione matura omnique modo jure et forma quibus melius possumus ordinamus declaramus et

decrevimus quod pro bonis rebus bestiis et mercibus que in posterum conducentur per locum et territorium Draconerii per collectores et exactores pedagii dicti loci Draconerii exigatur ipsum pedagium juxta et secundum formam taxationis ac parcellarum superinde factarum et superius insertarum et declaratarum et non aliter nec ultra et ne fiat inhibemus sub pena librarum vigintiquinque casu contrario committenda et fischo marchionali applicanda mandantes vobis singulis sub dicta pena ut taxationem ipsam et declarationem de cetero observari faciatis quoniam sic jubemus Ad quorum testimonium has fieri jussimus et sigillari. Datum Saluciis die penultima mensis octobris Millesimo quingentesimo sexto.

Franciscus Vicarius

Franciscus

*Da copia autentica dell'Archivio civico di Dronero. Artic.* 34, *n°* 38, *fol.* 19.

## N° LXXX.

### *La marchesana Margarita di Foix a nome e come tutrice del suo figlio Michele Antonio marchese di Saluzzo sanziona ugual trattamento riguardo al pedaggio fra gli uomini di Dronero e quelli di Busca, Villafalletto e Votignasco.*

1507, 16 *agosto.*

Margarita de fuxo marchionissa saluciarum tutrix et tutorio nomine ill^ris^ filii nostri amantissimi dni Michaelis Anthonii marchionis saluciarum etc. Cappitaneo sive potestati Draconerii vel ipsius locumtenenti qui nunc est vel pro tempore fuerit salutem visis literis nostris super exactionem pedagii dicti loci super inde concessis et hiis annexis omnem ambiguitatem et obscuritatem futuram cupientes de medio tollere et dispendiis personarum obviare tenore presentium ex nostri certa scientia et prout melius possumus declaramus et decrevimus quod homines busche Ville fallectorum et votignaschi in posterum per

collectores pedagii marchionalis in eodem loco Draconerii circa solucionem et exationem hujusmodi pedagii sic et eo modo haberi et tractari debeant pro dicto pedagio prout et quemadmodum habentur et tractantur ipsi de Draconerio et communantia ac tractabuntur in eisdem locis busche villefallectorum et votignaschi a collectoribus et exactoribus pedagii dictorum locorum et cujuslibet eorum mandantes vobis ut has nostras literas observetis et observari faciatis. Quas in testimonium fieri jussimus et sigillari. Datum saluciis die decima sexta augusti millesimo quingentesimo septimo

Franciscus Vicarius

Franciscus.

Quam quidem copiam extraxi ego bernardinus vacha notarius a proprio originali In cujus fidem hic me subscripsi. **Vacha**

Que quidem copia licet alliena manu scripta extracta fuit ab ejus autentico ad requisitionem sindicorum Draconerii In cujus fidem hic me subscripsi et manualiter signavi in fidem omnium premissorum

**Agnesy**

*Da copia autentica dell'Archivio civico di Dronero. Artic.* 34, *n°* 38, *f.* 19.

N° LXXXI.

## *Margherita di Foix in qualità di tutrice del suo figlio Michele Antonio marchese di Saluzzo approva e conferma gli statuti del luogo di Roccabruna.*

1510, 8 *febbraio.*

Margarita de fuxo marchionissa saluciarum tutrix et tutorio nomine illustris filii nostri amatissimi domini michaelis antonii Marchionis salutiarum et Visis capitulis his annexis tenore presentium ex nostri certa scientia ipsa capitula concedimus et confirmamus ac vires obtinere decernimus et observari jubemus. Mandantes Potestati Dragonerii ac hominibus ipsius loci Roche-

brune et aliis quibus spectaverit ut eadem capitula pariter observari faciant. Ad quorum testimonium has fieri jussimus et sigillari. Datum salutiis die octava februarii Millesimo quingentesimo decimo.

Manualiter subscriptus FRANCISCUS

*Da copia autentica degli statuti di Roccabruna esistente nell'Archivio della città di Dronero. Art.* 34, *n°* 30.

## N° LXXXII.

### *Margarita di Foix come tutrice del suo figlio Michele Antonio marchese di Saluzzo dichiara e comanda che gli uomini di Dronero a termini delle loro franchigie e libertà debbano andar esenti da qualunque tributo, pedaggio o gabella nel luogo di Carmagnola.*

1511, 15 *maggio.*

Margarita de Fuxo marchionissa saluciarum Tutrix et tutorio nomine Illustris filii nostri amantissimi Dni Michaelis Antonii Marchionis Saluciarum etc. Potestati Carmagnolie vel Locumtetenenti cui nunc est et pro tempore fuerit ac ceteris officialibus Marchionalibus mediatis et immediatis quibus presentes fuerint exhibite fidelibus dilectis salutem. Audita expositione facta parte comunitatis et hominum Dragonerii Quod cum ex franchisiis et libertatibus antiquis eidem Comunitati et hominibus concessis caveatur eos esse immunes et liberos in ipso loco Carmagnolie ab omni pedagio gabella et alio quocumque vectigali tamen nunc ad illa solvendum vexantur contra formam ipsarum libertatum. Igitur cum privilegium Principis debeat permanere Tenore presentium vobis committimus et mandamus per expressum ut eosdem homines dicti loci Dragonerii occaxione alicujus vectigalis solvendi in ipso loco pro quacumque re molestari inquietari vel turbari non permittatis Quin imo ipsos homines immunitatibus et libertatibus predictis uti et potiri permittatis.

Digitized by Google

Quoniam sic jubemus ac mandamus sub pena ducatorum vigintiquinque has executas presentanti restituendo. Datum saluciis die decimaquinta mensis maii millesimo quingentesimo undecimo.

Franciscus Vicarius

*Sigillo in cera* Franciscus

*Dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 42.

## N° LXXXIII.

*Atto di transazione fra il Comune di Dronero e gli uomini della* ruata *di Moschieres col quale in somma viene stabilito che, essendo il registro del Comune di Dronero fissato a lire novecento, quello della detta* ruata *sia di lire venticinque, fermo nel resto il disposto della sentenza arbitramentale delli* 15 *settembre* 1473.

1511, 22 *ottobre.*

In nomine domini Nostri Jhesu christi amen. Anno ejusdem domini nostri millesimo quingentesimo undecimo Inditione quattuordecima et die vigesima secunda mensis octobris Actum Salutiis in aula palatii Magniffici et generosi utriusque doctoris juris domini francisci cavatie vicarii generalis marchionatus salutiarum Et coram ipso magnifico domino vicario de salutiis Presentibus nobilibus francisco arnaudi de salutiis procuratore fischali marchionali salutiarum et johanne-augustino casana de sancto damiano clavario dragonerii Testibus ad infrascripta astantibus vocatis et rogatis in quorum et nostrorum infrascriptorum noctariorum presentia Cum essent et verterentur questiones lites seu controversia inter homines et comunitatem loci dragonerii ex una Et homines ruate moscheriarum ex altera partibus Quam quidem differentia lites et questiones tales erant Petebant namque ipsi homines dragonerii per ipsos homines moscheria-

rum registrari in registro ipsius comunitatis dragonerii eorum predia possessiones et ediffficia ad juxtam mensuram et ad taxam scayrarum ordinatarum per consilium ipsius comunitatis dragonerii et prout ordinatum fuit per ipsum consilium Et prout ceteri homines dragonerii et comunantie faciunt et registrant. Cum sint ipsi homines de moscheriis et ipsa ruata moscheriarum villare seu vicus in finibus et territorio et districtu ac inter ipsos fines territorium et jurisditionem et districtum ejusdem comunitatis dragonerii Et sic habeatur et reputetur cum suis pertinentiis Et pars universitatis et comunitatis ipsius loci dragonerii Et sic hactenus facere consueverunt. Nec non et separari comunia existentia in ipsa ruata moscheriarum a propriis particularium personarum. ibidem existentibus et atterminari debitis Et remitti et rellaxari in dispositione et deliberatione ac ordinatione ipsorum hominum et comunitatis dragonerii prout sunt cetera comunia et fines universitatis ipsius loci dragonerii et comunantie Ex adverso opponebant ipsi de moscheriis quod debent tractari ipsi de moscheriis prout hactenus tractati fuerunt per ipsos homines dragonerii et quod soliti fuerunt et sunt facere inter eos eorum registra et scayras eorum particularium possessionum et ediffciorum Et ipsa registra scayrat ipsorum eorum possessionum traddere ipsis hominibus dragonerii Et quod ipse eorum possessiones sunt steriles et in montibus existentes Ita quod comode non possunt mensurari nec scayrari nisi secundum valorem debitum ipsarum possessionum Et ex hoc de novo facient et presentarent registrum per eos· factum de ipsis possessionibus et ediffciis receptum per egregium gaspardum donadey noctarium infrascriptum ipsis hominibus dragonerii quod acceptare recusarunt. Dicebant quoque ipsi de moscheriis et opponebant quod semper fuerunt in paciffica possessione disponendi et ordinandi de ipsis comunibus existentibus in ipsa ruata moscheriarum a moreta superius absque licentia et consensu ipsorum hominum dragonerii ad eorum beneplacitum. Pluraque alia dicebantur et exponebantur hinc inde que hic brevitatis causa obmituntur Tandem volentes dicte partes litium anfractus et expensas evitare Et potius viam pacis quam juris rigorem insequi tractatu prefati magniffici domini vicarii generalis ibidem presentis devenerunt ipse partes videlicet spectabilis dominus baldesar dominus cartignani potestas et consiliarius ipsius comunitatis loci dragonerii Et nobilis stephaninus azardi sindicus et sindicario nomine ipsorum hominum et comunitatis dragonerii parte ipsorum hominum et comuni-

tatis ad hoc deputati et mandati ut ibidem asseruerunt Et pro ipsis hominibus et comunitate dragonerii agentes ac eorum propriis nominibus promittentes de rato habituro per ipsos homines et comunitatem dragonerii sub obligatione omnium eorum et cujuslibet ipsorum bonorum presentium et futurorum Et petrus pomerii et salvator de prato alias de bedali procuratores speciales ac nuncii ad hoc missi parte ipsorum hominum de moscheriis ut asseruerunt constare instrumento recepto per ipsum gaspardum donadey pro parte ipsorum hominum moscheriarum Et pro quibus de rato promiserunt sub obligatione eorum et cujuslibet ipsorum bonorum ac rerum propriis nominibus devenerunt et ad pacta conventiones et transactiones infrascriptas. Et primo quod inter partes sit bona pax et verus amor ut decet Item renuntiantes ipse partes litibus et instantiis causarum supranominatarum inter ipsas partes vertentium thenore presentis transactionis Item convenerunt transigerunt et pepigerunt ipse partes quod homines moscheriarum teneantur et debeant facere registrum prediorum et possessionum propriorum ipsorum hominum moscheriarum et edifficiorum ruate moscheriarum que predia et possessiones ac edifficia capiantur et intelligantur esse a moreta superius et a bealeria prati columbi superius Et etiam a dicta moreta supra de alto in bassum prout pendet aqua versus dictas moscherias et usque *pertinencias* castrimagni sancti damiani et cartegnani ac pratidellevis Que predia et possessiones ac edifficia predicta ponantur et esse debeant in registro ipsorum hominum moscheriarum pro summa et usque ad summam librarum vigintiquinque registri stante registro comunitatis dragonerii de summa librarum nonacentum vel circa Et prout nunc est Et si dictum registrum dicte comunitatis dragonerii augeretur sive ad majorem summam librarum predicti registri poneretur augendo taxam prediorum et possessionum ac bonorum ipsorum hominum de dragonerio quod similiter augeatur summa registri predictorum hominum de moscheriis pro eorum rata. Et si minueretur dicta summa registri dragonerii quod etiam dictum registrum predictorum de moscheriis minuatur de predicta summa librarum XXV pro rata. Et si a casu aliqua comunia finium dragonerii post hac reducerentur ad propria et registrarentur in registro dragonerii Et ex hoc augmentaretur ipsum registrum dragonerii quod etiam deducatur ipsis de moscheriis pro eorum rata de predicta summa librarum XXV Item fuit transactum et conventum quod ipsi de moscheriis teneantur et debeant solvere et satisfacere singulis

Digitized by Google

annis ipsi comunitati dragonerii pro ipsis libris vigintiquinque et plus vel minus si dictum registrum augeretur vel diminuaretur ut supra dictum est juxta et secundum impositionem talearum et coletarum que per comunitatem sive consilium ac credentiam ipsius comunitatis dragonerii aut per deputationem ab eadem comunitate fiendam Et pro summa que imponetur pro singula libra registri et prout solvent ipsi homines dragonerii pro singula libra registri Salvis et deductis expensis custodiarum prout in sententia et declaratione alias inter ipsas partes facta continetur Et quod sindici ipsius ruate moscheriarum teneantur et debeant dare et expedire comunitati sive exactori talee dragonerii registrum ipsorum de moscheriis pro dicta summa librarum XXV Et in quo registro sint et contineantur omnia bona existentia infra limittes suprascriptos Et que ipsis de moscheriis et aliis registrantibus pertinent et spectant. Item quod omnia existentia intra limittes suprascriptos et designatos remaneant comunia prout in supradicta sententia arbitrali et declaratione inter ipsas partes alias facta continetur aliis etiam omnibus expressis et contentis in eadem sententia et declaratione firmis ac in robore suo semper remanentibus Quibus per hanc transactionem non intelligatur in aliquo esse derogatum. Item fuit transactum et conventum quod ipsi de moscheriis reliqua predia et possessiones ac edifficia que habent et habebunt in aliis finibus dragonerii et extra limites suprascriptos teneantur et debeant registrare in registro dragonerii Et ultra dictam summam librarum vigintiquinque pro quibus tractari debeant prout ceteri homines de dragonerio et secundum taxam sive scayram aliorum prediorum et possessionum dragonerii Et quod statutum sive capitulum de faciendo registrum qui modicum possident ponantur ad solidos quinque non habeant ipsis de moscherio prejudicium afferre Dum tamen ipsi homines moscheriarum habeant etiam in predicto registro librarum XXV aliqua bona seu aliquod registrum. fuit etiam conventum quod predicti homines dragonerii teneantur et debeant solvere predictis hominibus moscheriarum pro pluri solutione et exactione registri pro quo solutum fuit ad rationem de librarum trigintaduobus ab aliquibus domus circa florenos viginti Quibus mediantibus et reservatis una pars ab altera et altera ab altera nihil petere vel exigere possit occaxione premissorum et exceptis premissis Et promiserunt ipsi agentes pro comunitate et hominibus dragonerii eorum propriis nominibus et ipsorum hominum et comunitatis dragonerii pro quibus ut supra de rato

Digitized by Google

promiserunt sub obligatione omnium eorum et singulorum bonorum nec non et dicti procuratores et agentes pro ipsis hominibus moscheriarum et nomine et vice ipsorum hominum de moscheriis pro quibus de rato promiserunt sub obligatione omnium et singulorum bonorum premissa omnia et singula suprascripta conventa pacta et transata ac acta rata grata valida atque firma habere perpetuoque tenere In nulloque contrafacere dicere opponere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sub obligatione omnium et singulorum ipsorum et dictorum hominum et comunitatum bonorum presentium et futurorum reffectioneque dampnorum omnium expensarum et interesse litis et extra. Renuntiantes exceptioni doli mali vix metus in factum actioni conditioni indebiti sine causa vel ex injuxta causa ac omni alii juris et legum auxilio quo contra premissa venire possent aut se se thueri Et specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precedat specialis Et de premissis omnibus et singulis suprascriptis ipse partes videlicet dicti agentes pro hominibus et comunitate dragonerii mihi Blaxio garini notario infrascripto pro parte ipsorum de dragonerio sibi fieri publicum instrumentum nec non et gaspardo donadey notario infrascripto pro parte ipsorum hominum de moscheriis etiam sibi fieri aliud publicum instrumentum unius et ejusdem thenoris et substantie conscilio et dictamine prenominati domini vicarii generalis marchionatus salutiarum.

*Manca l'autentica del notaio.*

*Dalla pergamena originale dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 43.

## N° LXXXIV.

### *I sindaci del Comune di Dronero nominano il messo della Curia Guglielmo Segnorile ospedaliere a vita in ricompensa dell'opera da esso prestata in seppellire i cadaveri degli appestati.*

1522, 14 *giugno.*

Anno domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo indictione decima et die decima quarta mensis junii actum Dra-

Digitized by Google

gonerii in domo habitationis spectabilis d. Johannis stephani de rubeis et coram spectabili dno Galeacio Cavacie J. U. doctore potestatisque et judicis ordinarii praedicti loci Dragonerii ibidem sedente super quodam scabello quod quoad hunc actum pro suo idoneo elegit tribunali presentibus ibidem ipso spectabili dno Johanne Stephano de Rubeis et revdo Constantio Morri ambobus de ipso loco Dragonerii testibus ad infrascripta vocatis et rogatis in quorum et mei notarii infrascripti presentia personaliter constituti nobilis Blaxius Garini et Anthonius Pollotti sindici et sindicario nomine comunitatis et universitatis loci predicti Dragonerii, nomine et vice dictae communitatis et universitatis omnibus melioribus modo via jure forma et effectu quibus melius potuerint et potessent cesserunt et remiserunt Guillielmo Segnorili nuncio curiae predicti loci Dragonerii ibidem presenti et acceptanti pro se et heredibus suis Ospitale predicti loci Dragonerii cum universis et singulis juribus aedificiis et praediis eidem Ospitali spectantibus et pertinentibus ac cum honoribus et honeribus solitis et consuetis per alios Ospitalerios predecessores suos . . . . : . et supportatis, et hoc in vita sua dumtaxat, et demum habeat remitere dispositioni consilii communitatis predictae et hoc ob beneficia impensa per dictum Guillielmum dictae communitati in sepelliendo mortuos defunctos peste urgente in dicto loco Dragonerii sub pactis infrascriptis et primo quod habeat dicta ejus vita durante manutenere edificia et predia ac omnia bona mobilia et immobilia ejusdem hospitalis bene et sufficienter et pauperes ac debiles logiare more solito per predecessores suos et melius si fuerit possibile. Item et de bonis perventis ad ejus manus pertinentibus dicto ospitali debitum inventarium facere infra unum mensem proxime venturum; item ut dicta bona dicto ospitali spectantia aliquomodo durante tempore vite sue alienare sub pena ducatorum decem aplicandorum si commitatur pro dimidio dicto ospitali et reliqua communitati et premissa omnia et singula supradicta dicte partes etc. et ego Constantius Garini de drag° publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum instrumentum recepi. Etc.

*Da copia di mano dell'abate Gaspare Ceaglio nell'Archivio dell'ospedale di Dronero.*

Digitized by Google

## N° LXXXV.

*I deputati del Comune di Dronero prestano fedeltà a Giovanni Ludovico marchese di Saluzzo, e ne ottengono conferma delle loro franchigie, statuti e privilegi.*

1528, 8 *dicembre.*

**In nomine domini amen.** Anno ejusdem domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo Indicione prima et die octava mensis decembris. Actum in castro Saluciarum In camera paramenti apud salam magnam presentibus magnificis dominis Johanne Andrea de saluciis condomino paysane ac Johanne Anthonio etiam de Saluciis domino Prati de leves Spectabili Baldesale de sancto damiano domino Cartignani ac Nobilibus Johanne Casanoti et francisco Aynaudi civibus saluciarum omnibus testibus ad infrascripta adhibitis vocatis et rogatis. Universis et singulis hoc publicum instrumentum inspecturis sit manifestum Quod ibidem ante presentiam et conspectum ill^mi domini domini Johannis ludovici moderni Marchionis saluciarum comparentes et constituti Nobiles ac providi viri franciscus Garnerii alias Rubei Jheronimus de Carolis Ludovicus de petris Jafredus Columberij Antonius Marini et Johannes boneti de Dragonerio nomine et vice Comunitatis et hominum dicti loci Dragonerij et Mandamenti a quibus habent speciale mandatum constante instrumento ibidem ostenso recepto per egregium Antonium bretony notarium de villario sub anno et inditione presentibus et die penultima mensis novembris. Informati de morte quondam Ill^mi domini domini Michaelis Antonii Marchionis Saluciarum nuperrime defuncti et quod predictus Ill^mus dominus Johannes Ludovicus adeptus fuit possessionem dominii et Marchionatus salutiarum virtute quoque literarum ejus parte dicte comunitati transmissarum obtulerunt se se paratos nomine premisso ac eorum nominibus propriis predicto Ill^mo domino Johanni Ludovico Marchioni moderno debitum fidelitatis et homagii prestare juramentum et cetera facere ad

Digitized by Google

que tenentur Suam dominationem propterea requirentes ac humiliter supplicantes ut dignetur dicta fidelitate mediante confirmare approbare et de novo concedere omnes franchisias libertates immunitates bonas consuetudines statutaque et privillegia dicte comunitatis et hominum dragonerii et mandamenti Et ita omnes prenominati nominibus quibus supra Ibidem genibus flexis existentes fidelitatem et homagium fecerunt et prestiterunt predicto Ill$^{mo}$ domino Johanni Ludovico moderno Marchioni presenti et recipienti ad sancta dei evangelia tactis per quemlibet ipsorum corporaliter scripturis ac juraverunt omnia et singula facere et adimplere que boni et veri subditi erga dominum suum facere tenentur et que in capitulis nove et veteris forme fidelitatis latius continentur. Qua quidem fidelitate suscepta predictus Ill$^{mus}$ dominus Johannes ludovicus marchio premissaque requisitione et supplicatione intellecta et illi benigne annuens omni meliori modo quo potuit confirmavit approbavit et de novo concessit ac ex forma presentis instrumenti confirmat approbat et de novo concedit eisdem Comunitati hominibus et Incolis dragonerii mandamenti et districtus omnes franchisias libertates et immunitates nec non quecumque statuta et privillegia ac bonas consuetudines ipsis concessas et concessa per quondam Ill$^{mos}$ dominos Marchiones Saluciarum Easque et ea inconcusse et inviolabiliter observare et observari facere promisit et tactis corporaliter scripturis sponte juravit debitis circa premissa hinc inde stipulationibus et solempnitatibus intervenientibus De quibus omnibus predictus Ill$^{mus}$ dominus Marchio Jussit et predicti de dragonerio rogaverunt per me eumdem notarium et secretarium subsignatum fieri publica instrumenta ad opus cujuslibet partis unum dictamine sapientis si opus fuerit.

Et ego Johannes Augustinus Gambaudi civis saluciarum publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius ac marchionalis secretarius premissum instrumentum recepi quod per alium fidelem notarium coadjutorem meum aliis negociis occupatus a prothocollo meo extrahi et in hanc publicam formam levari et redigi feci et facta debita collatione subscripsi cum signi mei tabellionatus appositione in testimonium veritatis.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, n° 45.*

Digitized by Google

N° LXXXVI.

*I sindaci e deputati della Comunità di Dronero fanno fedeltà al marchese Francesco di Saluzzo, e ne ottengono conferma delle loro franchigie, statuti e privilegi.*

1529, 15 *agosto.*

In Nomine domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quingentesimo vigesimo nono indicione secunda et die decimaquinta mensis augusti Actum in Castro saluciarum In camera paramenti apud salam magnam Presentibus magnifico juris utriusque doctore domino Bernardino pallio vicario generali marchionali nobili Bartholomeo gambaudi marchionali procuratore fiscali ac comissario generali et Egregio hieronimo banderii Civibus saluciarum testibus ad infrascripta adhibitis et vocatis. Universis et singulis hoc presens publicum instrumentum inspecturis sit manifestum Quod ibidem constituti et comparentes coram Ill$^{mo}$ et excelso domino domino francisco marchione saluciarum Providi viri Jofredus columberii et constancius ferrerii alias donadei sindici Comunitatis dragonerii nec non Jofredus Polloti et bernardinus vacha sindici libertatis ipsius loci dragonerii Ambasiatores et procuratores ad infrascripta per Comunitatem dicti loci ellecti et deputati prout de eorum potestate constare dixerunt proposita recepta per egregium jacobum fresiam notarium et in libris ejusdem Comunitatis scripta Et pro qua Comunitate de ratto habendo et per eos gerenda ratifficari faciendo promiserunt. Intelecto felicissimo adventu ad statum marchionalem Ipsius Ill$^{mi}$ domini francisci marchionis obtulerunt se paratos tam nomine et vice dicte Comunitatis et hominum dragonerii quam eorum nominibus propriis Ipsi Ill$^{mo}$ domino francisco marchioni moderno debitum fidelitatis et homagii prestare juramentum et alia facere ad que tenentur mediante confirmatione eorum franchixiarum libertatum immunitatum bonarum consuetudinum statutorumque et privillegiorum quas et que confirmari et de novo concedi quathenus expediat supplicaverunt et humiliter requisiverunt. Et ita prenominati Jofredus columberij Constancius ferrerij alias donadei Jofredus polloti et Bernardinus vacha ibidem genibus flexis existentes predicto Ill$^{mo}$

Digitized by Google

domino francisco marchioni homagium et fidelitatem fecerunt et prestiterunt super sanctis evangeliis tactis corporaliter per quemlibet eorum scripturis ac juraverunt omnia et singula facere et adimplere que boni et fideles subditi erga dominum facere tenentur et que in Capitulis nove et veteris forme fidelitatis latius continentur. Qua quidem fidelitate ut premittitur prestita et suscepta predictus Ill^mus^ dominus franciscus marchio omni meliori modo quo potuit omnes franchixias libertates immunitates statuta et privillegia dicte Comunitatis et hominum dragonerii per quondam Ill^mos^ dominos marchiones concessas et concessa ac ipsorum hominum bonas consuetudines laudavit approbavit et confirmavit ac de novo concessit promisitque et sponte etiam tactis scripturis super dictis evangeliis juravit eas et ea observare et observari facere mediantibus et intervenientibus ad premissa mutuis ac debitis stipulationibus et solempnitatibus in talibus opportunis et consuetis. De quibus omnibus predictus Ill^mus^ dominus marchio jussit et prenominati de dragonerio rogaverunt per me notarium subsignatum fieri duo publica instrumenta cuilibet parti unum dictamine sapientis si fuerit opportunum.

Et ego Carolus balbi Civis saluciarum publicus apostolica auctoritate notarius et ab excellentia marchionali confirmatus hoc presens publicum fidelitatis instrumentum jussu predicti Ill^mi^ domini marchionis et rogatus per dictos de dragonerio Recepi Illudque in hanc publicam formam reddegi manu propria scripsi et me subscripsi cum appositione mey soliti tabellionatus signy in fidem et testimonium omnium premissorum.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio civico di Dronero. — Pergamene, n° 46.*

### N° LXXXVII.

### *Costanzo Comba quale deputato della Comunità di San Damiano presta omaggio e fedeltà al marchese Francesco di Saluzzo, ottenendone conferma delle sue franchigie, libertà e statuti.*

1529, 26 *agosto.*

**In nomine domini amen.** Anno ejusdem domini millesimo quingentesimo vigesimo nono Indicione secunda et die vigesima sexta mensis augusti. Actum in camera picta

turris magne Castri saluciarum presentibus magnificis dominis Johanne Antonio de saluciis domino prati de leves et Bernardino pallio juris utriusque doctore vicario generali ac nobili Johanne Casanoto thesaurario et francisco Arnaudi coauditore camere computorum Marchionalibus testibus ad infrascripta adhibitis et vocatis. Cunctis sit notum quod ibidem ante conspectum et presentiam Ill^mi^ ac excelsi domini domini francisci Marchionis saluciarum Regii in Italia citra padum locumtenentis generalis comparens et se presentans providus vir Constantius comba alias de Canino de sancto damiano ad infrascripta electus et specialiter deputatus per Comunitatem credentiam et homines sancti damiani prout constat proposita ac literis ibidem exhibitis receptis et subscriptis per Egregium Antonium tortelli notarium sub die herina virtute literarum superinde transmissarum Et informati dicta Comunitas et homines quod prefatus Ill^mus^ dominus Marchio modernus adeptus est possessionem totius hujus dominii et status marchionalis obtulit se paratum nomine et vice eorumdem Comunitatis et hominum ac suo nomine proprio ipsi Ill^mo^ domino Marchioni debitum fidelitatis et homagii prestare juramentum et alia facere ad que tenentur mediante confirmatione eorum franchisiarum libertatum immunitatum et bonarum consuetudinum statutorumque et privillegiorum quas et que confirmari et quatenus opus sit de novo concedi supplicarunt et humiliter requisiverunt. Et ita prenominatus Constantius Comba nominibus premissis ibidem genibus flexis constitutus prefato Ill^mo^ domino francisco Marchioni presenti et recipienti homagium fecit ac fidelitatem prestitit super sacro sanctis evangeliis tactis corporaliter scripturis Juravitque omnia et singula facere observare et adimplere que in capitulis nove et veteris forme fidelitatis continentur et que boni et fideles subditi erga dominum suum superiorem facere tenentur. Hujusmodi itaque fidelitate ut premittitur prestita et suscepta prelibatus Ill^mus^ dominus Marchio omni meliori modo quo potuit supplicationi dicti constantii nomine premisso requirentis benigne inclinatus confirmavit approbavit et de novo concessit omnes franchisias libertates immunitates et bonas consuetudines ac statuta et privillegia dicte Comunitatis et hominum sancti damiani concessas et concessa per quondam Ill^mos^ dnos Marchiones predecessores suos Easque et ea observare ac observari facere promisit voluit et mandavit. Intervenientibus circa premissa mutuis ac debitis stipulationibus et solempnitatibus in talibus opportunis et consuetis. De quibus omnibus antelatus Ill^mus^ dominus Marchio jussit et predictus

Constantius rogavit per me notarium et secretarium subsignatum fieri duo publica instrumenta ad opus cujuslibet partis unum dictamine sapientis si opus fuerit.

Et ego Johannes Augustinus Gambaudi civis Saluciarum publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius et marchionalis secretarius premissis omnibus interfui de eisque instrumentum recepi quod a prothocollo meo per alium fidelem notarium coadjutorem meum extrahi et in hanc publicam formam aliis negotiis perpeditus levari et redigi feci factaque debita collatione subscripsi manu mea propria cum signi mei tabellionatus appositione in testimonium veritatis.

*Dall'originale pergamena nell'Archivio della Comunità di San Damiano.*

## N° LXXXVIII.

### *Il marchese Francesco di Saluzzo conferma ed approva gli statuti degli uomini e luogo di Roccabruna.*

1534, 14 *febbraio.*

Franciscus Marchio Salutiarum etc. Audita relatione nobis facta per spectabiles Franciscum Arnaudi et Johannem Augustinum Gambaudi consiliarios nostros ad visitationem statutorum et capitulorum superius descriptorum numero centum deputatos de omnibus et singulis in ipsis statutis et capitulis contentis et habita super eis matura consideratione tenore presentium ex nostra certa scientia et prout melius possumus eadem omnia statuta et capitula et quodlibet eorum eisdem communitati et hominibus Rochebrune quorum parte edita fuerunt confirmamus approbamus et de novo concedimus tamquam juri rationi et equitati consona. Mandantes universis et singulis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quibus spectaverit sub pena arbitraria quatenus capitula et statuta ipsa et quodlibet eorum eisdem de Rochabruna ad unquem observent et observari faciant prothinus illesa Eaque quovis modo infringere nec illis derogare aliqualiter presumant directe vel per indirectum sine nostra speciali licentia et mandato



Digitized by Google

Quoniam illa perpetuam roboris firmitatem obtinere volumus et decernimus. Has in testimonium concedentes. Datum saluciis die decimaquarta februarii Millesimo quingentesimo trigesimo quarto.

*Locus † sigilli*

Albertus Vicarius Generalis

Manualiter subscriptus De Rebuffis

*Dalla copia degli statuti di Roccabruna esistente nell'Archivio civico di Dronero; art.* 34, *n°* 30.

## N° LXXXIX.

### *I deputati del Comune e mandamento di Dronero prestano omaggio e fedeltà al marchese Gabriele di Saluzzo e ne ottengono conferma delle loro franchigie, privilegi e statuti e l'abrogazione di due decreti dei precedenti marchesi, l'uno riguardo ai delitti commessi dai figli di famiglia, l'altro riguardo ai rei contumaci.*

1537, 1° *dicembre.*

In Nomine Domini amen. Anno ejusdem domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo indicione decima et die prima mensis decembris. Actum in Castro Saluciarum in camera paramenti apud salam magnam. Presentibus Magnificis Dominis Johanne Antonio de Saluciis Domino prati de leves et frederico etiam de Saluciis condomino Montisbreserij ac spectabilibus vincentio condomino costigliolarum et petro vacha condomino belvideris et rudini testibus ad infrascripta adhibitis et vocatis universis et singulis hoc publicum instrumentum inspecturis sit manifestum quod ibidem venientes ac reverenter se se presentantes Coram ill$^{mo}$ principe et Domino Domino Gabrielle Marchione Saluciarum etc. Nobiles ac circonspecti viri iheroni-

Digitized by Google

mus caroli jacobus fresia franciscus garnerij alias rubei Constancius bontempi et jafredus beliardi tanquam ambassiatores nuncii et procuratores ad infrascripta ellecti et deputati per comunitatem et homines loci Dragonerij Districtus et mandamenti eiusdem Constante de eorum mandato publico instrumento ibidem presentato recepto et in publicam formam leuato per marchetum aliney notarium publicum de uxolio sub anno et inditione presentibus et die vigesima quinta mensis novembris proxime lapsi obtulerunt se se paratos ipsi ill$^{mo}$ Domino Marchioni moderno nomine eorumdem comunitatis et hominum virtute dicti mandati ac etiam eorum nominibus propriis debitum fidelitatis prestare juramentum ac omnia alia facere ad que tenentur supplicando humiliter suam illustrissimam Dominationem ut dignetur confirmare et approbare omnes et quascumque franchixias libertates immunitates ac privillegia et statuta per ill$^{mos}$ quondam Dominos Marchiones Saluciarum ipsis comunitati et hominibus Dragonerij et mandamenti hactenus concessas et concessa nec non eorum bonas consuetudines Item et annullare decretum Marchionale disponens quod possit auferri legiptima filiorum familias comittentium enormia sive gravia delicta viventibus eorum parentibus ac etiam aliud decretum per quondam Ill$^{mum}$ D$^{num}$ franciscum Marchionem conditum de modo procedendi contra personas delinquentes absentes cum ipsa duo decreta sint multum rigorosa et juris dispositionem excedant. Et ita ipsi quinque ambassiatores sive nuncii et procuratores prenominati genibus flexis coram prefato ill$^{mo}$ Domino Marchione constituti tam nomine et vice ipsorum hominum et comunitatis Dragonerii et mandamenti eiusdem mandati virtute quam eorum nominibus propriis homagium ac fidelitatem fecerunt ipsi ill$^{mo}$ Domino Marchioni jurantes quilibet eorum in suis manibus super sacro sanctis evangeliis tactis corporaliter scripturis quod a modo in antea et perpetuis temporibus ipsi omnes erunt boni veri et fideles subditi ejusdem ill$^{mi}$ domini Marchionis et suorum successorum Marchionum ac omnia et singula effectualiter facient observabunt et adimplebunt que in capitulis nove et veteris forme fidelitatis continentur et que boni et fideles subditi erga dominum suum superiorem facere tenentur et debent. Et hujusmodi fidelitate sic ut premittitur facta et graciose suscepta prelibatus ill$^{mus}$ dominus Marchio per se et suos in Marchionatu successores supplicationi eorumdem ambassiatorum favore benivolo inclinatus omni meliori modo quo potuit confirmavit approbavit et emologavit omnes et singulas franchixias libertates immunitates statuta et privillegia

Digitized by Google

ipsis comunitati et hominibus Dragonerii districtus et mandamenti concessas et concessa per ill$^{mos}$ quondam dominos Marchiones Salutiarum suos predecessores ac eorum bonas consuetudines que omnia observari voluit ordinavit et mandavit prenarrataque decreta quorum tenorem hic pro inserto haberi voluit quo ad ipsam comunitatem et homines Dragonerij et mandamenti annullavit et abolevit ac pro nullis haberi decrevit ac si nunquam condita fuissent. Presentibus eisdem nunciis et ambassiatoribus prefato ill$^{mo}$ domino Marchioni de premissis confirmatione approbacione annullatione et aliis concessionibus predictis gratias humillimas referentibus. De quibus omnibus supra gestis ipse ill$^{mus}$ dominus Marchio jussit et prenominati de dragonerio rogaverunt eis fieri publicum instrumentum cuilibet parti unum dictamine sapientis si opus fuerit.

Et ego johannes augustinus Gambaudi civis salutiarum publicus apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius prelibatique ill$^{mi}$ Domini Marchionis secretarius premissis omnibus interfui ac de eis instrumentum recepi quod aliis negociis occupatus a prothocollo meo per alium fidelem notarium coadjutorem meum levari et in hanc publicam formam redigi feci indeque precedente debita collatione hic me propria manu subscripsi cum signi mei tabellionatus appositione in fidem veritatis ac testimonium premissorum.

*Dall'originale pergamena dell'Archivio della città di Dronero. — Pergamene, vol.* I, *n°* 48.

## N° XC.

## *Il marchese Gabriele di Saluzzo approva e conferma gli statuti del luogo di Roccabruna.*

1537, 2 *dicembre.*

Gabriel Marchio Saluciarum etc. Visis statutis et capitulis comunitatis et hominum Rochebrune superius descriptis ac litteris confirmationis et approbationis eorumdem in tergo presentium notatis. supplicationemque nobis parte ipsorum de Rochabruna superinde factam eadem capitula et statuta omnia

Digitized by Google

ac quodlibet ipsorum ipsis supplicantibus tenore presentium ex nostri certa scientia et prout melius possumus confirmamus laudamus et approbamus ac de novo concedimus. Mandantes jusdicenti ipsius loci qui nunc est et pro tempore fuerit ceterisque officialibus et subditis nostris mediatis et immediatis quibus spectaverit ut eadem statuta et capitula eisdem supplicantibus observent et observari faciant juxta illorum mentem formam et tenorem nec eis contravenire presumant directe nec per indirectum sine nostri speciali licentia et mandato. Quoniam sic jubemus. Has manu propria subscriptas in testimonium concedentes. Datum saluciis die secunda decembris Millesimo quingentesimo trigesimo septimo

Subs. Gabriel *Locus ✝ sigilli*

Manualiter subscript. De Rebuffis.

*Dalla copia degli statuti di Roccabruna esistente nell'Archivio della città di Dronero. Art.* 34, *n°* 30.

## N° XCI.

### *Gabriele marchese di Saluzzo concede a Gio. Federico Saluzzo signor di Montemale e suoi figli e successori l'esenzione in perpetuo dai tributi pei beni da essi posseduti nel territorio di Dronero.*

1545, 25 *aprile.*

